



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

871

S

1859

v. 2

CLASSICS

NOTICE: Return or renew all Library Material! The Minimum Fee for each Lost Book is \$50.00.

The person charging this material is responsible for its return to the library from which it was withdrawn on or before the **Latest Date** stamped below.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.
To renew call Telephone Center, 333-8400

UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY AT URBANA-CHAMPAIGN

APR 06 1995

CLASSICS

L161—O-1096

GAI SALLVSTI CRISPI

QVAE SVPERSVNT.

RECENSVIT

RVDOLFVS DIETSCH

VOL. II

HISTORIVM RELIQVIAE. INDEX.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCLVIII.

871
9
1859
r.

LIPSIK TYPIS B. G. TEUBNERI.

G. SALLUSTI CRISPI
HISTORIARVM FRAGMENTA.

Lib. I.

1 [Kr. et Gerl. I 1]. Res populi Romani M. Lepido Q. Catulo consulibus ac deinde militiae et domi gestas composui.

Rufin. de comp. et metr. orat. p. 320 ed. Pith. p. 355 ed. Caper. p. 192 Orell. *Idem [Pompeius Messallianus] de Sallustiana compositione sive numero et structura sic dicit: Nunc si videatur Sallustianae periodi numerus inspicimus: Res populi dactylus, li romani Mureo tres spondarii, Lepido anapaestus, Quinto Catulo spondaeus et anapaestus, consulibus pacem primas, ac deinde dichoraecus sive ditrochaeus, militi dactylus, ac domi creticius, gestas spondaeus, composui choriambus ex longa et brevi et brevi et longa. Prisc. XV p. 1006 P p. 64 H. per genetiuum — Sallust. in I histor. ac deinde militiae et domi gestas composui. p. 1012 P. 73 H. In ac diphthongum nomina sunt genetiui casus loco adverbii posita, ut Romae, Casae, Capuae. Sallustius — in I hist. Res populi Romani M. Lepido Q. Catuloque cons. ac deinde domi et militiae gestas. Prooemium ab his verbis oritur esse ex Ti. Donat. ad Verg. Aen. I 1 adparet.*

2 [Kr. I 2. G. 13]. Romani generis disertissimus paucis absolvit.

Victorin. ad Cic. Rhet. I p. 56 ed. Orell. *Namque historia et brevis esse debet in expositione et aperta et probabilis: ut Sallustius sibi omnia in Catilinae tribuit: quam brevissime [em. verissime] potero paucis absolvam, cum altis historiographis singula tradidisset in libro primo historiarum, Catoni breviter: Romani generis disertissimus paucis absolvit, Fannio vero veritatem. — Serv. ad Verg. Aen. I (96) fortissime gentis — Item Sallustius: Romani generis disertissimus. Cfr. Hier. Ep. LXI (al. 75) ed. Vall. Solus es Cato Romani generis disertissimus. — Acron ad Horat. Sat. I 10, 9: Sic et Cato laudatur a Sallustio, quod multa paucis absolverit.*

Mählly N. Ann. LXXVII p. 78 coni. disertissimus summa paucis absolvit. Obiectum aegre desideratur, nec veri dissimile est id ante paucis excidisse, quamquam quid obstat, quo minus id in principio cunctiati scriptum fuisse statuamus?

3. Fanni (G. Fanni, cfr. Fr. hist. ed. Roth. p. 311) veritatem in hist. lib. I ab Sallustio laudatam esse tradidit Victorinus l. modo conl.

4 [Kr. I 4. G. 13]. Recens scrip.

Charis. p. 192 P. 129 L. 216 Keil. Recens. *Asper comm. Sallustii historiarum primo nunc adverbium nunc nomen id esse dicit; recens scrip. potest enim esse temporis [adverbium].*

Recens eo loco indicativum fuisse certum videtur. Coniecturam Putschii et aliorum scripsi recte rececit Kritzius, quoniam Sallustius se recentem res scripsisse ne potuit quidem dicere. Probandum igitur est, quod ipse coniecit scripsit, set utrum de scriptore dictum fuerit, qui res gestas paulo post conscripserit (Sisennam dici haut improbabilius Kritzius suspicatus est), an qui paulo anto Sallustium eundem res scripserit, nu de viro quodam, qui post aliquod eventum confestim litteras dederit, utique in incerto relinquendum est. Keilius: recens scriptum.

5 [Kr. et G. I 6]. Neque me divorsa pars in civilibus armis movit a vero.

Arusian. p. 248 L. *Motus ab illo loco.* Sal. Hist. I neque me diversam pars in civilibus armis movit a vero.

Apertissime Sallustius se eo, quod bello civili diversam partem secutus sit, tamen non adductum esse dicit, ut de optumatis scribens veri modum excederet et quae laudanda essent, improbaret aut ineret.

6 [Kr. I 7. Gerl. I 8]. Nam a primordio urbis ad bellum Persi Macedonicum.

Priscian. XVII p. 1101 P. vol. II p. 188 H. *Idem historiarum I nam a primordio urbis ad bellum Persi Macedonicum pro Persis. XIV p. 980 P. p. 30 H. (ad) tempore (adiungitur), ut Sallustius in I hist. ad bellum Persi Macedonicum. — Serv. ad Verg. Aen. I 30 Achilli — ut Sallustius a principio urbis ad bellum Persi Macedonicum. Detrahitur autem a tertiae declinationis genitivis. Id. ad VIII 383 Hinc est filia Neri, iunioris Achilli. Item in Sallustio ad bellum Persi Macedonicum. Sic Asper. — Charis. p. 37 L. p. 68 K. Inventuntur autem apud veteres quae sine ratione genitivum faciunt per t, ut apud Sallustium in prima historia bellum Persi Macedonicum. — Prob. inst. p. 126 L. et antiqua est ratio declinationis dativo uti pro genitivo: Infelicis Ulxet pro Ulxetis, Achilli pro Achillitis. Ad bellum Persi Macedonicum pro Persis. — M. Cland. Sacerd. de art. gr. p. 56 ed. Endl.*

Pertinuisse haec verba ad statum civitatis Romanae recte Kr. perspexit. Quanti momenti bellum cum Perse gestum ad res Romanas fuerit, ostendit Th. Momms. II. R.

7 [Kr. et G. I 8]. Nobis primae dissensiones vitio humani ingenii evenere, quod iniquis atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis agit.

Prise. V p. 158 ed. Hertz. *neutris quoque coniuncta haec (i. e. in 'es' communia) inventuntur, ut — Sallustius in I historiarum: nobis [nuper (sup. vel nobis) Dd. nuper A] primae dissensionis [Sic Hertz. dissensionis RII. dissensionis r. dissensionis L. dissensionis K.] vitio humani ingenii evenere [r. evenire RK. retinere A], quod iniquis atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis agit. — Serv. ad Verg. Aen. IV 245: An agit in actu est? Sallustius: inter certamina donationis aut libertatis agit.*

8 [Kr. 19. G. I 10]. Res Romana plurimum imperio valuit Ser. Sulpicio [et] M. Marcello consulibus omni Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua [a] paludibus inuia fuit, perdomita. Optimis autem moribus et maxima concordia egit populus Romanus inter secundum ac postremum bellum Carthaginiense.

Victor. ad Cic. Rhet. p. 5 ed. Orell. *Hoc et Sallustius tenet, cum de rebus Romanis loqueretur. Dixit enim prius bella gesta, post pacem esse funditum. Res inquit Romana plurimum imperio valuit Servio Sulpicio et M. Marcello consulibus omni Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi quae a paludibus inuia fuit [Sic cod. Bas. at. fuit inuia], perdomita. Hic bellum geritur; deinde pacem memorat consecutam. Optimis autem moribus et maxima concordia egit res publica inter secundum ac postremum bellum Carthaginiense.* — Non. p. 61 Roth. *Cis postum pro ultra.* Sallustius: cis Rheum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus inuia fuit, perdomita [nisi quia codd. Düb. ad; inuia fuit A, fuerit ad]. — Ammian. Marc. XV 12 extr. Nam omnes Galliae nisi qua paludibus inuiae fuere, at Sallustio docetur auctore, post decemalis belli mutas clades subegit Caesar societatique nostrae foederibus iunxit aeternis. — Serv. ad Verg. Aen. VI 589: *Faciit in ambas, compendiosius quam si duas diceret. Poteramus enim etiam tertiam sperare. Sic Sallustius: inter secundum atque [Gueff. et] ultimum bellum Carthaginiense, non aut tertium.* — Augustia. de civ. D. III 21: Porro inter secundum et postremum bellum Carthaginiense, quando Sallustius optimis moribus et maxima concordia dixit egisse Romanos *et.* II 18 *commemorato loco Cat. 6—10 sic pergit: Idem tamen in primo historiae suae libro atque eius exordio fatetur etiam tunc cum ad consules a regibus esset translata res publica, post parvum intervallum iniurias validiorum et ob eas discessionem plebis [et] a patribus aliasque in urbe discessionem fuisse. Nam cum optimis moribus et maxima concordia populum Romanum inter secundum et postremum bellum Carthaginiense commemorasset egisse causamque huius boni non amorem iustitiae, set stante Carthagine metum pacis infidiae fuisse dixisset — continuo subiecit idem Sallustius et ait: At (Fr. 9).*

1. et cur defendam censem vid. *Cann. vol. I p. 50.* — 3. et] atque Kr. et Gerl. a cum Gerl. defend. — 5. populus Romanus *ex Aug. scripsi pro res publica.* ac; et rel.

9 [I 10 Kr. 11 G.] At discordia et avaritia atque ambitio et cetera secundis rebus oriri sueta mala post Carthaginiis ex-

Verba exstant ap. Aug. de civ. D. II 18 (vid. ad 8), *inter aucta sunt et Nam iniuriae interpositis hisce: ut intelligeremus etiam antea et oriri solere et augeri. Unde subnectas cur haec dixerit [vides] Nam iniuriae — agitatae. Fides, quemadmodum etiam illo brevi tempore ut regibus exnetis i. e. eicetis aliquantulum aequo et modesto iure ageretur. Metum dixit fuisse causam, quoniam metuebatur bellum, quod rex Tarquinus regno atque urbe pulsus Etruscis sociatus contra Romanos gerebat. Attende quid deinde contexit: Dein inquit servili — bellum Punicum. Cernis ex quo tempore i. e. parvo intervallito post reges exuictos quales Romani fuerint. [In ed. Erasmi. 8 agitata om. deinde maxime seueros oppressos script.]. Id. III 16: *Huic tempori adiectamus etiam tempus illud quousque dicit Sallustius aequo et modesto iure agitatae dum metus a Tarquinio et grave bellum cum Etruria positum est. Quamvis enim Etrusci Tarquinio redire in regnum**

cidium maxime aucta sunt. Nam iniuriae validiorum et ob eas
 discessio plebei a patribus aliaque dissensiones domi fuere iam
 inde a principio neque amplius quam regibus exactis, dum metus
 a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, aeque et
 5 modesto iure agitata. Deim servili imperio patres plebem ex-
 ercere, de vita atque tergo regio more consulere, agro pellere
 et ceteris expertibus soli in imperio agere. Quibus agitata saevitiis
 et maxime fenoris onere oppressa plebes cum assiduis bellis tri-
 butum simul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque
 10 Aventinum insedit, tumque tribunos plebei et alia sibi iura para-
 vit. Discordiarum et certaminis utrinque finis fuit secundum bel-
 lum Punicum.

*conanti opitulati sunt, gravi bello Roma concussa est. Ideo dicit aequo et mo-
 desto iure gestam remp. metu premente, non persuadente instilla. Tum extr.
 cap. Finito scilicet tempore quo aequo et modesto iure agitata est, secunda
 sententia quae Idem Sallustius breviter explicat: deinde servili — soli imperio —
 Quibus agitata saevitiis — maxime fenore oppr. — tributum et militiam
 simul — tumque [Erasm. al. tumque] — certaminis utriusque — Puni-
 cum. Id. V 12: Qui audit haec Catonis verba sive Sallustii [Cat. 52, 10—22],
 potest quales laudantur Romani veteres unnes tales tuos fuisse vel plures.
 Non ita est; alioquin vera non essent, quae ipse idem scribit, ea quae com-
 memorari in secundo libro huius operis, ubi dicit iniurias validiorum et ob
 eas discessionem plebis a patribus aliasque dissensiones domi fuisse
 iam inde a principio neque amplius aequo et modesto iure actam, quam
 expulsis regibus quandoque metus a Tarquinio fuit, donec bellum grave,
 quod propter ipsam cum Etruria susceptum fuerat, finiretur. Postea vero
 servili imperio patres exercuisse plebem, regio more verberasse, agro
 pepulisse, et ceteris expertibus solos egisse in imperio. Quorum dis-
 cordiarum, dum illi dominari vellent, isti servire nolent, finem fuisse bel-
 lum Punicum secundum, quia rursus gravius metus coepit urgere atque ab
 illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos inquietos et ad concor-
 diam revocare civilem. — 1. Serv. ad Verg. Ge. IV 238: Sallustius: iniuria
 validiorum, scilicet quam inferebant validiores. — 5. Donat. ad Ter. Andr.
 I 1, 9: Mirae servitatem pro dominatu posuit. Sic Sallustius deia servili
 imperio. — 9. Arus. p. 236 L. insido illos. — Sall. Hist. I: armata mon-
 tem sacrum atque Aventinum insedit. Serv. ad Verg. Aca. VIII 479:
 insedit autem secundum Sallustium: montem sacrum atque Aventinum in-
 sedit. Diomed. p. 443 sq. K. et aliter de prolepsis disputatur, cum id quod
 posterius accidit ante tempus ascribitur, velut Laviniaque venit litora. La-
 vinium enim nondum erat, cum ad Italiam venit Aeneas. Et apud Sallustium
 montem sacrum atque Aventinum insedit; qui mons ab hoc, quia illum
 plebs insederat, postea sacer dictus est.*

Quid inter hoc et sequens fragamentum intercesserit, ex Augustini
 locis adparet.

10 [Kr. 11, G. 12]. Postquam remoto metu Punico similitates
 exercere vacuam fuit, plurimae turbae, seditiones et ad postre-

Geil. N. A. IX 14: metus hostium recte dicitur et cum timent hostes
 et cum timeantur. Itaque Sallustius — item alio in loco: postquam remoto
 metu Punico similitates exercere vacuam fuit. — Quibus verbis non di-

num bella civilia orta sunt, dum pauci potentes, quorum in gratiam plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebei nomine dominationes adfectabant: bonique et mali cives adpellati non ob merita in rem publicam omnibus pariter corruptis, set uti quisque locupletissimus et iniuria validior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur.

bium est quin continuata fuerint, quae Ang. de civ. Dei III 17 retulit. — 1. Arus. p. 220: *Concedo in gratiam. Sal. Hist. I*: quorum in gratiam plerique concesserant. — 5. Quoniam non qua ratione optumates bonos adpellaverint dicitur, sed quo modo et factio nobilium et partes populares boni et mali vocabula usurpaverint, adparet quia praesentia defendebat sententiae repugnare. Malim *placencia*, ut qui ea, quae plerisque placerent, defenderit, bonus adpellatus esse dicatur.

11 [Kr. 14. G. 13]. A Ti. Graccho seditiones graves coepere.

Aug. de civ. D. II 21: *Inducit enim [Ulcero] Scipionem, eum ipsum qui Carthaginem extinxerat, de re publica disputantem quando praesentibus corruptione ea, quam describit Sallustius, eam [illam?] iam tanquam periturae. Eo quippe tempore disputatur, quo iam unus Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiones graves coepisse Sallustius.*

12 [Kr. et G. 12]. Ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, set torrentis modo praecipitati: adeo inventus luxu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur genitos esse qui neque ipsi habere possent res familiaris neque alios pati.

Aug. de civ. D. II 18: *ex pulcherrima atque optima pessima ac fragiliosissima facta est, post Carthaginis videlicet, ut ipse commemoravit, excidium. Quae tempora ipse Sallustius quem ad modum breviter recolat et describat, in eius historia legi potest, quantis malis morum, quae secundis rebus exorta sunt, usque ad bella civilia demonstret esse pervertum. Ex quo tempore, ut ait, maiorum mores non paulatim, ut antea, set torrentis modo praecipitati: adeo inventus luxu atque avaritia corrupta est, ut merito dicatur genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares neque alios pati. Dicit deinde plura Sallustius de Sullae vitis ceteraque foeditate rei publicae [ex eis verbis nonne perspicitur haec verba non cum fr. 10 continuata fuisse, set ei loco proxima, ubi ad Sullae res commemorandas scriptor transgressus est?]. Id. ibid. II 19: *Ecce ante Christi adfutum post delictum Carthaginem maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati: adeo inventus luxu atque avaritia corrupta est. II 22: Nunc ago de labe morum, quibus primum paulatim decoloratis, deinde torrentis modo praecipitati.**

13 [Kr. 13. G. 32]. Omnium partium decus in mercedem corruptum erat.

Arus. p. 240: *In illam rem pro causa illius rei.* — Sal. Hist. I: omnium partium decus in mercedem corruptum erat.

* 14 [Kr. 15. G. 16]. Tantum antiquitatis curaeque pro Italica gente maioribus fuit.

Front. de oratt. ed. Mai II p. 271 ed. Med. p. 250 ed. Rom. *Verrum aliquid adquiras non factum a te, nam id quidem absurdum est, sed*

usurpatum concinuis aut congruentius. Tantum antiquitatis cura e . pro Italica gente maioribus Sallustius ait. *Antiquitatis verbum usitatum, sed nusquam [eo] sensu usurpatum [ueque? Malim at] probe adscitum. Num vulgo dicitur quod potius sit antiquius esse. Inde ipsa Sallustio dericento* [Sequentibus verbis Fronto hoc dixisse videtur, ipsum Sall. quod inusitatum vocabulum esset, sequenti verbo explicasse]. — Serv. ad Verg. Ge. II 209: *Antiquasque domos, aut reuera antiquus aut curas. Sallustius: Tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit. Id. ad Aen. II 635: antiquasque domos, curas (Sallustius antiquitatis curaeque pro Italica gente).*

De loco, quem haec verba tenuerint, adsentior Linkero de Sall. hist. proem. p. 57.

* 15 [Kr. III 81, I 17 ed. noviss. G. inc. 67]. Citra Padum omnibus lex Licinia tætra fuit.

Haec verba ab Clodonio p. 1934 P. ob praepositionem *citra* commemorata corrupte ibi leguntur: — *lex Lucania fratra fuit.* Primus eis lucem adtulit Casselius (ap. Kritz. p. 273), cum acutissimum perspexisset in *Lucania* latere *Licinia* et dici de lege Licinia Mucia, a. 659 (85) ab coss. L. Licinio Crasso Q. Mucio Scaevola perlata (cfr. Götting. Gesch. d. r. Staatsverf. p. 449). Iam ex verbis *Quibus citra Padum* apertissimum est scripsisse Sallustium de vi, quam illa lex ad Italicos habuisset. Igitur Casselius scribendum existumavit *fraudi fuit*, hoc dici arbitratus: legem illam omnibus Italicis pergravem fuisse magnamque eis adtulisse molestiam atque incommodum. Sed cum *frans* vere ac proprie dicatur de calamitate per iniuriam inlata, illam autem legem ut imprudentem, ita instissimam fuisse constat (Momms. H. R. II p. 214), minus id probabile videtur. Quod sentiens Mähly Nov. Ann. LXXVII p. 80 coniecit *frustra fuit*, in quod iam autem cum incidere Wagner Act. gymn. IX p. 193. Sed quid id ost? Num illi legem eam non observasse dicuntur? An in illorum animos non eam vim habuit, quam consules expectaverant? Neutrum dici potuit; nam qui contra legem ius civitatis sibi adrogassent, eis poenae constitutae erant, et num consules tam stolidi fuere, ut sperarent legem suam Italicis gratam fore? Quare existumavi scribendum esse *tætra*; terrorem quippe et summam indignationem sociis iniecissee, ergo tætram visam esse constat (Asc. in Corncl. p. 67 ed. Or. ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici fuerit).

16 [Kr. 18. G. 49]. Tum vero Etrusci cum ceteris eiusdem causae duces se nactus rati maximo gaudio bellum irritare.

Non. p. 21 R. *In irritare dictum est proprie provocare, tractum a canibus, qui cum provocantur irruunt.* — Sallustius Hist. lib. I: Tuuc vero et posci cum ceteris eiusdem causae duces se nactus rati maximo gaudio bellum irritare [em. Mere.]. — Arus. p. 241: *In iritat bellum.* Sal. Hist. I: maximo gaudio bellum irritare.

De re cfr. Appian. b. c. I 49 sq.

* 17 [Kr. 17. G. 69]. Post defectionem sociorum et Latii.

Donat. ad Ter. Ad. III 4, 12: *socius defeit, patreus prodit, patronus deserit.* Sic Sallustius post defectionem sociorum et Latii.

Latii intellegas sociorum nominis latini.

18 [Kr. 20. G. 19]. Quis rebus Sulla suspectis maximeque ferocia-regis Mithridalis in tempore bellaturi.

Arus. p. 211: *In tempore t. e. oportune.* Sal. Hist. I: Quis rebus

Sylla suspectis maximeque feroeia regis Mithridatis in tempore bellatūri. — Donat. ad Ter. Phorm. II 4, 21: *In tempore huc se recipere, ἰνὴναιφας*. Sallust. maximeque feroeia regis in tempore bellatūri.

Pertinere haec verba ad res a. 88 actas in propatulo est.

19 [Kr. 21. G. 55]. Postremo ipsos colonos per miserias et incerta humani generis orare.

Serv. ad Verg. Aen. X 45 postquam dixit de *rogo te per miserias*, adiungit haec: *Sallustus in primo*; postremo ipsos colonos per miserias et incerta humani generis orare.

Non sine magna veri specie Kritzius haec verba ad G. Mari fugam spectasse coniecit; fortasse de filio illius fuere dicta quem ab villicio servatum esse narravit Plut. Mar. e. 35 extr.

20 [Kr. 22. G. 30]. Nihil esse de re publica neque [de] libertate populi pactum.

Arus. p. 251: *Paciscor de illa re. Sallust. Hist. I*: nihil esse de Rep. neque libertati populi Rom. pactum.

Acute Kr. docuit, verba esse L. Cinnae, quod insinrandum Sullae datum (Plut. Sull. e. 10. Cass. Dio fr. 117) violasset, ita excusantis, ut illud ad rem publicam et libertatem populi Romani pertinuisse negaret. *Libertate* em. Linden. de repetendum ego conieci.

21 [Kr. 23. G. 101]. Nexiit catenae modo.

Prisc. X p. 536 H. *similiter 'necto nexui' et 'nexi'*. — *Sallustus in historiarum I*: nexiit catenae modo.

Cum App. b. e. I 67 p. 498 Bekk. Sertorium et Marium narret Tiberim pontibus iunxisse, quo urbem conatu intercluderent, probabilis haec verba cum Kr. ad eam rem referri puto quam cum G. ad ignotam quandam rem bello Sertoriano institutam.

22 [Kr. 26. G. 15]. Cum arae et alia deis sacrata supplicum sanguine foedarentur.

Serv. ad Verg. Aen. II 503 see. cod. Cass. [Bergk part. V p. 24]: *Foedantem; eruantem. Sallustus in I*: Cum arae et alia diis sacrata supplicum sanguine foedarentur. *Saera volg.*

Haut improbabilius Kritzius ad crudelitatem rettulit, qua Marius et Cinna in urbem ingressi saevierunt, quamquam nihil obstat, quo minus de foedis facinoribus, quae Sullani in urbe commiserunt, dicta statuamus (cfr. Drum. II p. 171).

* 23 [Kr. 27. G. V 9]. Inde ortus sermo percunctantibus utrumque: satin' salve? quam grati ducibus suis? quantis familiaribus copiis agerent?

Donat. ad Terent. Eum. V 6, 8: *Satine salve? Nunc adverbium est: producta est e littera. Sallustus*: Inde natus sermo percunctantibus utrumque, satin' salve, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur. — *agerent* Douza; *angerentur* cum aliis Gerl. — Spectasse haec ad conloquia inter L. Sullae et L. Scipionis exercitus apud Teanum agitata (cfr. Drum. II p. 459 extr.), recte perspexerunt Kr. et Link. em. Sall. p. 24 sq. Vid. infra ad fr. 54.

24 [Kr. 29. G. om.]. Schol. ad Luc. Phars. II 134: Marius in-

vita matre Iulia adeptus est consulatum, *de quo Sallustius memiuit.*
Cfr. Aur. Vict. d. vir. ill. 68, 1. Link. de prooem. p. 63.

* 25 [Kr. 30. G. 22]. Apud Praeneste locatus.

Ex Sall. hist. adfert Prise. XV p. 1008 P. p. 67 H. Spectasse ad Sullae exercitum, Marium in oppido Praeneste obsidentem (cfr. Drum. II p. 462 sqq.), in aperto est.

* 26 [Kr. 31. G. 23]. Et Marius virtus duplicaverat bellum.

Serv. ad Verg. Ecl. II 67: *Duplicent notem auget. Sallustius (Lib. VI Hist.): et Marius victus duplicaverat bellum.* — Imitatum esse Tacitum Hist. IV 51 iam alii monere.

27 [Kr. 33. G. 121]. Ut Sallani fugam [innocentem] in noctem componerent.

Arus. p. 239: *In noctem siletur. Verg. Ge. III: siletur in noctem. Sallust. Hist. I: ut si illam fugam innocentem in noctem componerent.* — *Sallani* em. van der Hoeven spec. litter. de nonn. loc. vet. scr. p. 45; *innocentem* del. Linker. de prooem. p. 60 sq. Probabilius autem cum hoc viro docto verba illa ad pugnam ante urbis portas adversum Samnites commissam referuntur, quam cum Gerl. ad Q. Metelli milites in Hispania contra Sertorium bellantes.

* 28 [Kr. 32. G. 26]. Carbo turpi formidine Italiam atque exercitus deseruit.

Serv. ad Verg. Aen. II 400: *formidine turpi, epitheton timoris est. Sic Sallustius: Carbo turpi formidine Italiam atque exercitus deseruit.* — *exercitus* eod. Cass. Bergk. part. V p. 7; *exercitum vulg.*

* 29 [Kr. 34. G. 41]. Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere.

Schol. Gronov. in Cle. pr. S. Rose. p. 434 ed. Or. *Scimus Sallam in pueritia turpissimum fuisse, unde Sallustius dixit: Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere.*

* 30 [Kr. 35. G. 25]. M. Marius, cui fracta prius crura brachia et oculi effossi, scilicet ut per singulos artus expiraret

Schol. ad Lucan. Phars. II 173; *postea Cnati filius, regressus victor ex Asia, petiit a Sulla ut sibi Marius daretur ad poenam, quem datum per singula membra cruciavit, ut ait Sallustius in Jugurthino: Marius cui fracta prius crura, brachia, et oculi effossi, scilicet ut per singula membra expiraret.* — Rufinian. de schem. diazoeas II p. 52 Cap. p. 273 Frotzsch. *Sarcasmos chleusmo proxima est et similitis figura, qua adversariorum factu cum exacerbatione admissi eorum lacessimus, ut apud Sallustium de Syllae crudelitate; ut in M. Mario, cui fracta prius crura artus expiraret. Latine dicitur exacerbatio. [Malim equidem ut deleri et in M. Mario coniungi cum crudelitate].*

31 [Kr. 36. G. 31]. Igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargitis.

Prise. VIII p. 392 H. *'horto' quoque pro 'hortor' et 'largio' pro 'largior' dicunt, quae sunt communia. unde Sallustius in I historicarum: igitur*

venditis proscriptorum bonis aut dilargitis. — A. Gell. XV 13, 8: *Sallustius quoque eodem modo dilargitis proscriptorum bonis dicit, tanquam verbum 'largior' sit ex verbis communibus.*

32 [Kr. 37. G. 73]. Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Arus. p. 210. *Abnuo tibi hor.* *Ideus Hist. I:* nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

Kritzius hoc fragmentum ita interpretatus est: Sullam servos civitate donatos et veteranos praedii auctos sibi semper ad obsequium paratos et promptos futuros speravisse; rectius mihi referri videtur ad mercedem, qua promissa aut ostenta milites in Asia fidos sibi facere studuit (cfr. Cat. II, 5).

* 33 [Kr. 38. G. 33]. Et relatus inconditae olim vitae mos, ut omne ius in viribus esset.

Vacca ad Lucan. Phars. I 175. — Front. de oratt. III p. 206 ed. Med. p. 248 ed. Rom. *usque datam secleri* — Q. *Annaeus ait. Contra Sallustius omne ius in validioribus esse.* — De rapinis ab Sullanis perpetratis dici in aperto est.

* 34 [G. inc. 78]. Qui plus poterat, plus iuris habere videbatur.

Verba haec Sallusti esse dicit Schol. ad Lucan. Phars. I 175, om. tamen priore plus, quod inseruit Rothius; commemoravit Kr. in adn. ad fr. 32. Quo iure veri simile iudicem, haec verba pertinuisse ad explicanda quae fr. 33 dicta sunt, alii existunt.

35 [Kr. 39. G. 31]. Quo patefactum est rem publicam praedae, non libertati repetitam.

Arus. p. 250: *Repetitam praedae pro ad praedam.* *Sal. Hist. I (cod. Pirin. l. e. Primo):* quo patefactum est, Remp. praedae non libertati repetitam.

* 36 [Kr. 19. G. 75]. Quippe vasta Italia rapinis fuga caedibus.

Serv. ad Verg. Aen. VIII 8: *Vastant cultoribus; abduccendo cultores vastos et desertos efficiunt.* *Sallustius* — — — [Iug. 48] — *atibi:* Quippe vasta Italia rapinis, fuga, caedibus. — Quae verba rectius mihi videor ad vastitatem Italiae bello civili effectam (cfr. Iug. 5, 2) referre, quam Kritzius ad vastationes belli socialis, quamquam de his dixere, qui alias multa ex Sall. hausere, Aug. de civ. Dei III 26, Flor. II 6, 10.

37 [Kr. 40. G. 54]. Insanum aliter sua sententia atque adulterarum mulierum —.

Charis. p. 194 K. *Alter pro alia Sallustius historia I:* sanctus alias et ingenio vnlidus, *item in eadem:* insanum aliter sua sententia atque aliarum mulierum. — Probari non potest, quod Mähly coniecit (N. A. LXXXVII p. 78) *atque aliorum multorum*, nec magis artificiosa Kritzius interpretatio *aliarum mulierum* exprimere notionem moechi; reete Keilms excidisse, unde genitivus *mulierum* penderet, statuit. Si haec verba iudicium de Sulla continere — de qua re dubitari vix potest — non pudet audacius suspicari *atque adulterarum mulierum*, post quae exciderit *amore* vel simile aliquid, ut sententia sit: quem cum aliis in rebus, tum in adulteras insanivisse censeat. De Sullae autem adulteriis Sallustium dixisse testatur Plut. comp. Lys. c. Sylla c. 3: *ἀλλὰ τοῖς περὶ γάμου*

καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο νόμους τοῖς πόλιταις αὐτὸς ἔραϊν καὶ μοιχεύων,
ὡς φησὶ Σαλονάσιος, quae verba novom fragmentum (I 135) continere
censuit Gerl.

*38 [Kr. 42. G. 27]. Simulans sibi alvum purgari.

Serv. ad Verg. Aen. II 19: *alvus est quo defluunt sordes, ut Sallustius: simulans sibi alvum purgari.* Quocum concinnat Glossar. Verg. p. 371 ed. Lion. Isidor. Or. p. 352 Ott. Lex. ap. Mai class. auct. VIII p. 34. De exitu Gn. Carbonis haec dicta fuisse, ex Plut. Pomp. 10. Valer. Max. IX 13, 2 apertissimum est.

39 [Kr. 44. G. 29]. Id bellum excitabat metus Pompei victoris Hiempsalem in regnum restituentis.

Gell. IX 12, 14: *Itaque Sallustius in historia prima metum Pompei dixit, non quo Pompeius metueret, quod est usitatus, sed quod metueretur. Verba haec Sallusti sunt: id bellum excitabat metus Pompei victoris, Hiempsalem in regnum restituentis.* — Non. p. 96 ed. Roth. *Metus nove et eleganter positum Sallustius Historiarum lib. I: id bellum excitabat metus Pompei victoris: hoc est quod de Pompeio metueretur.* — De re efr. Appian. de b. e. I 30 p. 502 Bekk. Plut. Pomp. 12.

40 [Kr. per errorem 90. G. 37]. De praefecto urbis quasi possessione rei publicae magna utrimque vi routebatur.

Arus. p. 202: *Praefectus illius rei. Sallust. Hist. I: de praefecto urbis quasi possessio rei publicae magna utrimque vi contendebar.* — Acute Kr. perspexit haec dicta fuisse de cass. a. 78, M. Aemilio Lepido Q. Luctatio Catulo, de dicendo ob ferias latinas praefecto urbis inter se contententibus. — *possessore eoni.* Lind. probavit Kr. *possessione* ego, ut sententia sit: ita de pr. u. contendeabant, quasi de possessione rei p. contenderetur.

41 [Kr. 45. G. p. 141].

*M. Aemili Lepidi consulis ad populum Romanum oratio
contra Sullam.*

Clementia et prohibitas vostra, Quirites, quibus per reteras 1
gentis maximi et rari estis, plurimum timoris mihi faciunt ad-
vorsum tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda existimatis,
ea parum credendo de aliis circumveniamini, — praesertim cum
5 illi spes omnis in scelere atque perfidia sit neque se aliter tutum
patet, quam si peior atque instabilior metu vostro fuerit, quo
captis libertatis curam miseria eximat — aut, si provideritis, in
vitandis periculis magis quam ulciscendo teneamini. Satellites qui- 2
dem eius, homines maximi nominis, optimis maiorum exemplis,

VAR. SCR. 2. gentes ℞. maximi — plurimum ℞. adversum ℞.
advorsus Cort. — 3. ne quae ipsi nefanda ℞. ne ipsi nefanda quae
Cort. existimatis ℞ rel. existimatis ego. — 4. cum ℞. quom. al. —
7. captis ℞. captivis Cort. — 8. in vitandis ℞. Altd. in tutandis Cort.
— 9. nominis optimis (sic) ℞. nominis non minus optimis Cort.

nequeo satis mirari, qui dominationis in vos servitium summa met-
 3 erdem dant et utrumque per iniuriam malunt quam optimum iure
 4 liberi agere: praeclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatiorum
 5 proles, geniti ad ea, quae maiores virtute peperere, subvertenda.
 6 Nam quid a Pyrrho Hannibale, Philippoque et Antiocho defensum
 7 est aliud quam libertas et suae cuique sedes, neu cui nisi legibus
 8 pareremus? quae cuncta saevus iste Romulus quasi ab externis
 9 rapta tenet, non tot exercituum clade neque consulum et aliorum
 10 principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus, set tum cru-
 11 delior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vor-
 12 tunt. Quin solus omnium post memoriam humani generis sub-
 13 plicia in post futuros composuit, quis prius iniuria quam vita certa
 14 esset; pravissimeque per sceleris inhumanitatem adhuc tutus fuit,
 15 dum vos metu gravioris serviti a repetunda libertate terreni.
 16 Agendum atque obviam eundum est, Quirites, ne spolia vestra
 17 penes illos sint; non prolataudum neque votis paranda auxilia:
 18 nisi forte speratis taedium iam aut pudorem tyrannidis Sullae esse
 19 et cum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo
 20 processit, ut nihil gloriosum nisi tutum et omnia retinendae do-
 21 minationis honesta existimet. Itaque illa quies et otium cum li-
 22 bertate, quae nulli probi potius quam laborem cum honoribus

TEST. SCRIPT. 5. Donat. ad Ter. Phorm. II 1, 13: *Superiora aequi-
 dita sunt, inferiora internatis conjunctionibus. Sallustius: nam quidem
 [corr. quid] a Pyrrho Hannibale et aequore et terra. Ubi aperte prioris
 exempli extrema, alterius prima verba exciderunt, et ne illud quidem cer-
 tum nam alterum Sallusti fuerit (vid. var. lect.).*

7. Serv. ad Verg. Ecl. III 13: *Perverse Menalca; aut converse ad
 torpiditatem, aut intelligamus fuisse quendam Menalcam nobilem, ut istum per-
 versum Menalcam dixerit illius comparatione. Sic Sallustius: saevus [corr.
 saevus] iste Romulus.*

15. Donat. ad Ter. Andr. I 5, 19: *Mire ducenda; semper hoc genus
 declinationis necessitatem ostendit, ut — Sallustius: agendum atque obviam
 eundum est.*

2. utrumque *Bothius praef. p. IX ci.* — 3. liberi *℔. libere Cort.* — 4.
 subvertenda *℔.* — 5. *Quamvis audacius vel conici videatur, tamen non omni
 specie veri caret, apud Donatum Philippoque et Antiocho, set in Sallusti
 libris post ea verba et aequore et terra excidisse.* — 7. saevus *℔. sae-
 vus Cort.* — 8. consulum *℔. consulis Cort.* — 11. post memoriam
 humani suplicia *℔. p. memoriam hominum suppl. Cort. generis inseren-
 dum esse vidit Orell.* — 13. parvissimeque *℔. inhumanitatem ℔. tutus
 fuit ℔. furit Cort.* — 14. servitii *℔. repetenda ℔.* — 15. agendum *℔.
 eundum ℔.* — 16. illos *℔. illum Cort.* — 17. speratis per taedium —
 — tyrannidis esse cum per scelus *Cort.* — 19. ut *℔. uti Cort.* —
 20. aestimet *℔. extimet Vat. 2. existimet Cort.*

capessabant, nulla sunt: hac tempestate seruandam aut inperi- 10
 landam, habendus metus est aut faciendus, Quirites. Nam quid 11
 ultra? quaeue humana sperant aut diuina inpolluta sunt? Popu-
 lus Romanus, paulo ante gentium moderator, exutus imperio gloria
 a iure, agitandi inops despectusque ne seruilis quidem alimenta re-
 licua habet. Sociorum et Latini magna vis ciuitate pro multis et 12
 egregiis factis a vobis data per unum prohibentur, et plebei in-
 noxiae patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scele-
 rum. Leges iudicia, aerarium, provinciae reges penes unum, de- 13
 10 nique necis civium et vitae licentia. Simul humanas hostias vidistis 11
 et sepulcra infecta sanguine civili. Estne viris relicui aliud quam 15
 solvere iniuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum
 omnibus finem natura vel ferro saeptis statuit, neque quisquam ex-
 tremam necessitatem nihil ausus nisi muliebri ingenio expectat.
 15 Verum ego seditiosus, uli Sulla ait, qui praemia barbarum queror, 16
 et bellum cupiens, qui iura pacis repeto. Scilicet quia non aliter 17
 salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens et scriba Cor-
 nelius aliena bene parta prodegerint; nisi adprobaritis omnes pro-
 scriptionem innoxiorum ob divitias, cruciatus virorum illustrium,
 20 vastam urbem fuga et caedibus, bona civium miserorum quasi
 Cimbricam praedam vaenium aut dono datam. At obiecat mihi 18
 possessiones ex bonis proscriptorum: quod quidem scelerum illius
 vel maximum est, non me neque quemquam omnium satis tutum
 fuisse, si recte faceremus. Atque illa, quae tum formidine merca-
 25 tus sum precio soluto iure dominis tamen restituo, neque pati con-
 silium est ullam ex civibus praedam esse. Satis illa fuerint, quae 19
 rabie contracta toleravimus, manus conserentis inter se Romanos
 exercitus et arma ab externis in nosmet versa. Scelerum et con-
 tumeliarum omnium finis sit. Quorum adro Sullam non paenitet,
 30 ut et facta in gloria numeret, et, si liceat, avidius fecerit.

5. Arus, p. 236; *Inops illius rei.* — *Salust. Histor.* I: agitandi inops.
 12. solvere iniuriam Hegesipp. IV 2.

1. seruendam ℞. — 2. est om. *Cort.* faciendus ℞. — 3. inpolluta ℞.
 — 5. reliqua ℞. — 11. sepulcra ℞. — 13. saeptis ℞. — 14. expectat
 ℞. — 15. uti ℞. ut *al.* — 16. qui iura ℞. quia iura *Cort.* — 18. pa-
 rata ℞. parta *Vatic. Bongarsianus.* adprobaritis ℞. approbaveritis
Cort. proscriptionem ℞. proscriptiones *Cort.* — 19. illustrium ℞. —
 25. pretio soluto iure dominis tamen *libri* (praetio ℞). sum, pretio, so-
 luto iure, dominis *Kr. Gert.* pretio soluto, iure tamen, dominis restituo
Link. Contio scribundam pretio soluto iure dominis, tamen rest. i. e.
quamvis cum pretium solverim, iure dominus sim, tamen rest. — 26. quaera-
 bine ℞. — 27. conserentis ℞. — 29. paenitet ℞.

- 20 Neque iam quid existumetis de illo, set quantum audeatis ve-
reor: ne alius alium principem expectantes ante capiamini — non
opibus eius, quae fuitiles et corruptae sunt, set vostra socordia,
per quam captum ire licet et quam audeas tam videri felicem.
- 21 Nam praeter satellites commaculatos quis eadem volt, aut quis non
omnia mutata praeter victorem? Scilicet milites, quorum sanguine
Tarulae Scirroque, pessumis servorum, divitiae partae sunt. Au
quibus praelatus in magistratibus capiundis Fufidius, ancilla turpis,
22 honorum omnium dehonestamentum? Itaque maximam mihi fidu-
ciam parit victor exercitus, cui per tot vulnere et labores nihil
23 praeter tyrannum quaesitum est. Nisi forte tribuniciam potesta-
tem evorsum profecti sunt, per arma conditam a maioribus suis,
utique iura et indicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mer-
cede, cum relegati in paludes et silvas contumeliam atque invidiam
24 suam, praemia penes paucos intellexerint. Qua re igitur tanto
agmine atque animis incedit? Quia secundae res mire sunt vitiiis
optentui: quibus patefactis quam formidatus est tam contemetur:
nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et paricidio suo

14. Aris. p. 258: *Relegat in illum locum.* *Sal. Histor.* I: relegat in paludes.

16. Senec. controv. VIII 13 p. 219 ed. Bars. *Tunc retulit aliquam Thucydidis* [debebat Demosthenis scribere] *sententiam* *δεικναι γὰρ αὐτὸν ἐνπραξίαι συγκροῦσαι καὶ συσπλάσαι τὰ ἐκείνων ἀμαρτήματα, deinde Sabastinum: res secundae mire sunt vitiiis optentui.* — Porphy. ad Hor. Ep. I 18, 20:

1. quantum audeatis \mathfrak{B} . quantum vos audeatis *Cort.* — 4. quam raptum iri licet et quam audeas tam videri felicem \mathfrak{B} . audeat *Fat. at. audias Fat.* 2. captum ire licet et quam audeat tam videri felicem *Cort.* quam raptum ire licet ei quem hand pudeat tam videri felicem *Or.* 1831. licet ei, quem pudeat vos tam videri felicem *vel* ei quem pudeat tam videri felicem *id.* 1835. sed vostra socordia correpti. Scilicet quam audeas tam videri felicem *Link.* quam captum ire licet et quam audeatis tam videri felices *Mähly N. A.* LXXVII p. 78 sq. *Quoniam Lepidi haec est sententia: iam nunc Sallam capi posse, non licet coniungi ante capiamini, quam captum ire licet: unde adparet ultima verba ad socordiam pertinere. Qua re una vocula interposita — praesertim cum \mathfrak{B} nonnullas tales lacunas habeat — paucisque levis mutatis ita locus restitui posse videbatur, ut sententia communi, qua tamen Sallae mores tangerentur, quanta populi socordia esset, exprimeretur. Sequens nam pertinet ad explicandum, cur L. non vereatur, quid populus de Salla existimet.* — 5. vult \mathfrak{B} . — 6. victoriam \mathfrak{B} . victorem *Krätz.* Scilicet milites *libri.* An [scilicet] milites *Link.* — 7. Tarulae Scirroque \mathfrak{B} . Tarrulae Scyrroque *vel* Scyrtoque *at.* — 8. capiendis \mathfrak{B} . Fufidius \mathfrak{B} . Fnsidius *Cort.* — 9. suis itaque iura \mathfrak{B} . utique *iam dudam em.* — 15. intellexerint \mathfrak{B} *second. Heysiam.* *Utique emendand.* intellexerint. — 17. optentui \mathfrak{B} . labefactis \mathfrak{B} . labefactatis *Cort.* patefactis *Mähly l. c. p. 79.*

nomina indidit: neque aliter rem publicam et belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebes, praeda civilis acerbissima, ius indicumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. Quae 25 si vobis pax et composita intellegantur, maxima turbamenta rei publicae atque exitia probate, admite legibus impositis, accipite otium cum servitio, et tradite exemplum posteris ad rem publicam sinnet sanguinis mercede circumveniendam. Mihi, quamquam per 26 hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini maiorum, dignitati atque etiam praesidio, tamen non fuit consilium privatas opes 10 facere, potiorque visa est periculosa libertas quieto servitio. Quae 27 si probatis, adeste, Quirites, et bene iurantibus divis M. Aemilium consulem ducem et auctorem sequimini ad recipiendam libertatem.

1. aliter populo Romano esse belli finem *Cort.* finem esse vel emi ait *cont. Mähly l. c. p. 79; equidem namque rem publicam firmam et belli finem ait, quamvis ne tum quidem vehementer repugnem, si quis post finem excidisse futurum statuerit.* — 2. *Constructio verborum ita impedita est, ut post acerbissima excidisse credam, apud quas praeda civitatis de Sullae sententia manere debeat.* — 4. pax et composita *Æ.* pax et concordia *Ald. Cort. Kr. quod esse in Vat. 1 et 3 dicitur. An pax composita et concordia? — 9. praedio Æ. — 11. Aemilium Æ.*

42 [Kr. per err. inc. 52. G. I 17]. Tyrannumque et Cinnam maxima voce adpellans.

Serv. ad Verg. Aen. IV 215: Prohoris enim, non lenibus [verbis] veteres convicia dicebant, ut Sallustius: tyrannumque excivitam maxima voce appellans. Id. ad I 5: duas conjunctiones separatas naturaliter nemo coniungit — Sallustius: tyrannumque et Cinnam. — Victor. ad Cic. de inv. p. 70: interdum — ex libidine et quadam obtreccatione nomen impanitur, ut illud in Sallustio: tyrannumque et Cinnam appellantes. — Convicium in M. Aemilium Lepidum iactum esse acute ostendit Link. de praef. urb. p. 7; set cum Serv. adpellans. Vict. appellantes tradat, in incerto relinquendum, utrum ab Q. Catulo collega an ab optimatibus dictum fuerit, quamquam illud secundum App. de b. c. I 107 p. 524 Bekk. veri similis videtur.

43 [Kr. 46. G. 59]. Quin leones et vinarii lanique, quorum praeterea vulgus in dies usum habere solet, precio compositi.

Non. p. 180 col. R. Componere pro redimere. Sallustius lib. I: Quin leones et vinarii lanique, quorum praeterea vulgus in dies usum habet, pretio compositi. — Charis. p. 75 K. Lanus dicitur, ut Terentius 'lani coc' et Sallustius: quin vinarii lanique [lanique recte add. Putsch.], ubi illud quoque notabimus vinarium diei [recte ita complevit Putsch.]. — Pertinere verba ad motum Lepidanum manifestissimum est.

44 Kr. 47. G. 52]. Uti Lepidus et Catulus decretis exercitiis maturime proficiscerentur.

Charis. p. 205: Maturime. — Sallustius historiarum I: uti Lepidus et Catulus decretis exercitiis maturime proficiscerentur.

45 [Kr. et G. 48]. Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat.

Arns. p. 240: post loem fr. 13, praemisso *idem*, ubi fortasse excidit *in eodem*.

* 46 [Kr. 49. G. 57]. Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate eiecta.

Serv. ad Verg. Aen. I 270: *Vis pro magna copia*. — *Sallustius*: magna *cet.* — Vix aliud quidquam reperies, quo aptius haec verba referantur, quam ad turbam hominum ab M. Aemilio Lepido collectam.

* 47 [Kr. 50. G. 60]. Qui aetate et consilio ceteros anteibat.

Serv. ad Verg. Aen. IX 246: *Annis gravis cet.* *Sallustius de Philippo*: qui aetate *cet.*

48 [Kr. 51. G. p. 144].

Oratio Philippi in sententia.

- 1 Maxime vellem, patres conscripti, rem publicam quietam esse
 aut in periculis a promptissimo quoque defendi, denique prava
 incepta consultiorebus noxae esse. Sed contra seditionibus omnia
 turbata sunt, et ab eis quos prohibere magis decebat, postremo
 quae pessimi et stultissimi decrevere, ea bonis et sapientibus
 2 faciunda sunt. Nam bellum atque arma, quamquam vobis invisa,
 tamen quia Lepido placent, sumunda sunt: nisi forte cui pacem
 3 praestare et bellum pati consilium est. Pro dei boni, qui hanc
 urbem amissa curia adhuc tegitis, M. Aemilius, omnium flagitio-
 sorum postremus, qui prior an ignavio sit deliberari non potest,¹⁰
 exercitum olprimundae libertatis habet et se e contempto metuen-
 dum effecit: vos mussantes et retractantes verbis et vatium carmi-
 nibus pacem optatis magis quam defenditis neque intellegitis mol-
 4 litia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi. Atque id
 iure, quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam¹⁵
 cum exercitu adeptus est. Quid ille ob bene facti ***** cepis-
 5 set, cuius sceleribus tanta praemia tribuistis? At seilicet eos, qui
 ad postremum usque legatos, pacem concordiam et alia huiusce
 modi decreverunt, gratiam ab eo peperisse. Immo despecti et

VAR. SCR. *Tit. oratio Philippi in senatu volg.* — 2. parva incepta \mathfrak{B} . — 4. ab iis \mathfrak{B} . *Cortius defendenda censuit.* — 8. di \mathfrak{B} . — 9. omnia sacra \mathfrak{B} . omnia cura *volg.* omnia a senatu cura *Orell. susp.* amissa curia *em. Haupt. Mus. Rheu.* 1842. tegitis \mathfrak{B} . regitis antea *volg.* — 11. et se contempto \mathfrak{B} . et ex contempto *Link.* — 12. carminibus \mathfrak{B} . — 13. intellegitis \mathfrak{B} . mollitia \mathfrak{B} . — 16. obbenefacti cepisset \mathfrak{B} . *Manifestum igitur est, id quod acute perspexit Orellius, accusationem velut gratiam vel honorem excidisse.* ob bene facta *volg.* — 17. eos \mathfrak{B} . ii *Cort.* — 19. habeo peperisse \mathfrak{B} . peperere *nannulli.*

indigni re publica habiti praedae loco aestumantur, quippe metu
 pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem a principio, 6
 cum Etruriam conincere, proscriptos accersi, largitionibus rem
 publicam lacerari videbam, maturandum putabam et Catuli consilia
 5 cum paucis secutus sum. Ceterum illi, qui gentis Aemiliae bene
 facta extollebant et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse,
 nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant, cum privata arma
 obprimundae libertatis cepisset: sibi quisque opes aut patrocinia
 quaerendo consilium publicum concuperunt. At tum erat Lepidus 7
 10 latro cum calonibus et paucis sicariis, quorum uemo *non* diurna
 mercede vitam mutaverit: nunc est pro consule cum imperio non
 empto set dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus: et ad
 eum concurrere homines omnium ordinum coruptissimi, flagran-
 tes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati, quibus
 15 quies in seditionibus, in pace turbae sunt: ei tumultum ex tumultu,
 bellum ex bello serunt, Saturnini olim, post Sulpici, dein Mari
 Damasippique, nunc Lepidi satellites. Praeterea Etruria atque 8
 omnes reliquiae belli adrectae, Hispaniae armis sollicitae, Mithri-
 dates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur,
 20 diem bello circumspicit: quin praeter idoneum ducem nihil abest
 ad subvertendum imperium.

Quod ego vos oro atque obsecro, patres conscripti, ut animad- 9
 vortatis, neu patiamini licentiam scelerum quasi cabiem ad integros
 contactu procedere. Nam ubi malos praemia secuntur, haut fa-
 25 cile quisquam gratuito bonus est. An expectatis, dum exercitu 10
 rursus admoto ferro atque flamma urbem invadat? quod multo
 propius est ab eo quo agitat statu, quam ex pace et concordia ad
 arma civilia, quae ille advorsum divina et humana omnia cepit,
 non pro sua aut quorum simulat iniuria, set legum ac libertatis

TEXT. SCR. I. ARUS. *Indignus hoc re. Sallustius Hist. I: et indigni re publica.*

3. accersi §. accersiri vel accessiri *edd.* — 9. At tum §. attamen *Cort.* at tunc *Kr.* — 10. *Cum haec verba eo spectare adpareat, ut quam contemnendus antea fuerit Lepidi exercitus ostendatur, nihil aliud divi potuit nisi hoc: futilitatem omnes milites convoveri potuisse ut ex eius castris ditaberentur. Hunc ergo sententiam ab Sallustio scriptam fuisse manifestum est: omnes diurna mercede vitam mutaturos, nedum Lepidum deserturos fuisse. Ergo cum Cortio advorsus §. uictoritam non inserendum.* — 10. pro Cos. §. proconsul *volz.* — 11. hi libri. — 16. Sulpicii §. Mari §. — 23. ne patiamini §. rabiem §. tabem *Carrio Kr.* *Idud satis defenditur locis Liv. IV 9 extr. XXI 48, 3. XXVIII 34 in.* — 24. secuntur §.

11 subvertundae. Agitur enim ac laceratur animi cupidine et noxa-
rum metu, expers consili, iniquies, haec atque illa temptans, me-
tuit otium odit bellum, luxu atque licentia carentum videt — at-
12 que interim abutitur vostra socordia. Neque mihi satis consili est,
metum an ignaviam an dementiam eam adpellem: qui videmini 5
influente mala quasi fulmen optare se quisque ne adingat, set
13 prohibere ne conari quidem. Et quaeso considerate, quam con-
versa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia
palam instruebantur Et eo boni malos facile autebant: nunc pax
et concordia disturbantur palam, defenduntur occulte: quibus illa 10
14 placent in armis sunt, vos in metu. Quid expectatis? nisi forte
pudet aut piget recte facere. Au Lepidi mandata animos movere?
qui placere ait sua cuique reddi et aliena tenet, belli iura rescindi
cum ipse armis cogat, civitatem confirmari quibus adeptam ne-
gat, concordiae gratia plebei tribuniciam potestatem restitui ex qua 15
15 omnes discordiae adenseae. Pessumae omnium atque impudentis-
sime, tibi egestas civium et luctus curae sunt, cui nihil est domi
nisi armis partum aut per iniuriam? Alterum consulatum petis
quasi primum reddideris, bello concordiam quaeris quo parta dis-
turbatur, nostri proditor, istis infidus, hostis omnium honorum. Ut 20
te neque hominum neque deorum pudet, quos per fidem aut per-
16 iurio violasti! Qui quando talis es, maueas in sententia et reti-
neas arma te hortor, neu prolatandis seditionibus, impies ipse,
nos in sollicitudine adtineas. Neque te provinciae, neque leges,
neque dei penates civem patiuntur. Perge qua coeptas, ut quam 25
maturissime merita inuenias.

17 Vos autem, patres conscripti, quo usque cunctando rem publi-
cam intutam patiimini et verbis arma temptabitis? Dilectus ad-
vorsum vos habitus, pecuniae publice et privatim extortae, praesidia

15. Prisc. VI p. 243 H. *invenitur etiam 'plebēs plebēs'. Sallustius in I historiavum: plebei tribuniciam potestatem (num 'plebs' 'plebis' facit genetivum).*

1. agitur B. angitur in Val. 2 esse traditur. — 5. videmini itantia mala B. videmini intenta mala al. videmini tanta mala Or. *Conveni* intuen-
tes mala maxime ob locum Demosth. Phil. III 33 p. 119: ἀλλ' ὁμως τὰ ἐθ' ὀφθαλμοῖς οἱ Ἕλληες ἀνίχονται καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς περ τὴν χά-
λασαν ἔμοιγε δοκοῦσι θεωρεῖν, ἐνζόμενοι μὴ καθ' ἑαυτοῦς γινέσθαι,
καλῶσειν δ' οὐδέ τις ἐπιχειροῦν. — 6. set B. — 15. plebei om. B. — 21.
adlineas B. — 25. dii B. *Scrībendum est: neque te provinciae mag-
istratum neque leges neque dei penates civem? coeptas B. coepisti
Cort. — 26. maturissime B. maturissime edd. — 28. dilectus B.*

deducta atque inposita: ex lubricine leges imperantur, cum interim vos legatos et decreta paratis. Quanto meliores avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit, cum intellet se metu magis quam aequo et bono sustentatum. Nam qui turbas et caedem-
 5 vium odisse ait et ob id armato Lepido vos inermes retinet, quae victis toleranda sunt, ea cum facere possitis patiamini potius censet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Haec si pla-
 cent, si tanta torpedo animos obrepsit, ut obliti scelerum Cinnæ, cuius in urbem reditu decus ordinis huius⁸ interitū, nihilo minus
 10 vos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis, quid opus decretis? quid auxilio Catuli? Quin is et alii boni rem publicam
 frustra curant. Agite, ut libet! parate vobis Cethegi atque alia proditorum patrocina, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt et rursus adversum deos penatis manus armare. Sin libertas et
 15 vera magis placent, decernite digna nomine et angete ingenium viris fortibus. Adest novus exercitus, ad hoc coloniae veterum
 militum, nobilitas omnis, duces optimi: fortuna meliores sequitur: iam illa, quae socordia vostra collecta sunt, dilabentur.

Qua re ita censeo: quoniam M. Lepidus exercitum privato
 20 consilio paratum cum pessumis et hostibus rei publicae contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit, uti Appius Claudius interrex cum Q. Catulo pro consule et ceteris quibus imperium est urbi praesidio sint, operamque dent ne quid res publica detri-
 menti capiat.

8. Charis, p. 86: *Torpor et animi et corporis dicitur debilitatio, scilicet a torpedine pisce, cuius contactu corpus hebetur: unde Sallustius hoc idem vitium torpedinem dixit. Non, p. 155 ed. R. Torpor generis masculini — Torpedo feminini. Sallustius Hist. Kb. I: haec si placent, si tanta torpedo animos oppressit [obressit, supr. p. L. obrepsit AJ].*

2. Quanto §. Et quanto Cort. me hercule §. me Hercules Link. — 3. intellet §. — 5. Requiro odisse se ait, ne vos obposito carcat. inermes §. inermes Cort. — 8. oppressit §. obrepsit Non. eodd. quod probandum propter Ep. ad Caes. II 8, 7. Tac. Hist. III 63: tanta torpedo invaserat animum. — 11. aliboni §. — 12. ut §. uti Cort. — 14. nomini §. — 15. novos §. — 17. socordia nostra collecta sunt §. collecta sunt socordia nostra Cort. vostra ego corr. — 18. quoniam Lepidus §. quoniam M. Lepidus Or. — 20. uti §. ut Cort. — 21. procos. §.

49 [Kr. et G. 53]. Lepidum poenitentem consili.

Charis, p. 253: *oportet me, poenitet me, pudet me, piget me, quamvis Sallustius dixerit in prima historia: Lepidum poenitentem consili.* — Quamquam

Lepidum aegre ferentem frustra suscepta consilia et uxoris adulteria mortuum esse constat (Drum. IV p. 346), tamen Sallusti verba vix apte ad mortem eius referuntur.

50 [Kr. 52. G. 77]. Apud Mutinam.

Commemorat haec verba Prisc. XV p. 1008 P. p. 67 H. ac quamquam dubitari potest num grammaticus ea ex primo libro petita significarit, tamen nullus eis idoneus locus nisi in hoc libro adsignari potest. Ad Mutinam enim M. Brutus, M. Lepidi socius, victus est (Drum. IV p. 344 sq.); alio loco copiam eius oppidi commemorandi fuisse nescimus.

*51 [Kr. 54. G. 57]. Serv. ad Verg. Aen. X 168: *Cosas; civitas Tusciae, quae numero dicitur singulari secundum Sallustium*. Ab Casa Lepidum in Sardiniam aufugisse constat (Drum. IV p. 346). Alibi locus eius oppidi commemorandi vix fuerit.

52 [Kr. 55. G. 62]. Curionem quaesit, uti adulescentior et a populi suffragiis integer aetati concederet Manerici.

Prisc. X p. 535: *similiter 'quaeso quaesit'; Probus tamen 'quaesivi' dicit, et melius, quaevis primitivum quoque eius, i. e. 'quaero', 'quaesivi' facit praeteritum, sed Sallustus in I historiarum; Curionem est. quaesit Hertz ex G. quaesivit al.* — Num. Man. Aemilius Lepidus Livianus, quem antea propter praetermissionem aedilitatis consulatus repulsam tulisse Cie. d. off. II 17, 58 testatur, a. 77 cum D. Junio Bruto consul fuerit, recte De Brossius perspexit, illius competitorem, Curionem, a viro quodam auctoritate magna (Appium Claudium interregem fuisse, Fr. I 47, 22, non sine veri specie suspicatus) permotum esse, ut a petitione desisteret.

53 [Kr. 80. G. 67]. Idem fecere Gn. Octavius et Q. Caepio sine gravi cuiusquam expectatione neque sane ambiti publice.

Serv. ad Verg. Aen. IV 283: [*ambire*] *significat et rogare — Dicitur et 'ambio illum' pro 'rogo illum'*. Sallustus in primo: Idem — publice, h. e. neque valde rogati. — Acute Kr. in ed. novissima suspicatus est, haec verba ad eandem rem atque praecedens fr. spectasse. Quae suspicio eo maxime confirmatur, quod Gn. Octavius a. 76 (678) eum G. Scribonio Curione consul fuit, ergo hoc iam superiore anno competitores fuisse veri simillimum est. Praenomen enim nullo modo omitti possit, ego *Gn.* interpositi.

*54 [Kr. 56. G. II 1]. M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat.

Victor. ad Cie. p. 59 Or. *idem copulatio rationabilis verborum plurimorum unam rem continet, maxime si in narratione sit, eum praemissa verba tertia persona concludit, ut M. Lepido — exercebat. Haec tertia persona unam rem fecit omnium superiorum*. Serv. ad Verg. Aen. I 630: Non ignara mali miseris succurrere disco. *Quare 'non disco'? Quia non sum ignara. Bis enim intelligimus 'non', ut supra diximus. Sic Sallustus: segnior neque minus gravis et multiplex cura.* — Acute Kritzius ex eo ordine, quo Appianus, Sallustium apertissime secutus, res enarravit, conclusit, scriptorem nostrum ab tumultu Lepidano ad Sertoriani belli principia transgressum esse. Cui transitu verba illa inservivisse quis non perspexit?

*55 [Kr. 57. G. 80]. Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio iuperaute, magno usu bello Marsico paratu militum et armorum fuit, nullaque tum ductu eius *manuque* patrala primo per ignobilitatem deinde per invidiam scriptorum celata sunt. Quae vivus facie sua ostentabat aliquot advorsis cicatricibus et effosso oculo; qui illo dehonestamento corporis maxime laetabatur, neque elisis auxiliis, quia relicta gloriosius retinebat.

Gell. N. A. II 27 hunc locum comparat cum Dem. de cor. 67 p. 247. Sententiam Sallusti tetigit Douat. ad Ter. Eun. III 2, 29: *neque cicatrices Insigne foeditatis. Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valeant? Nam cicatrices etsi semper gloriosae sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post pretium forma placet. Ut Sallustius quoque fatetur: Haec sunt virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori maxime laetabatur.* — Libri primi hunc locum fuisse ac narrationis quidem de priore Q. Sertori vita interpositae in aperto est non minus, quam Plut. Sert. c. 4 sua ex eo hausisse. — I. tribus milibus libri, quod tanuladum emendatum (Plut. l. c. 3 ὑπὸ Διδίου στρατηγῶ χιλιάρχος). — 2. usi libri nonnulli. usui Gron. — 3. ductu eius que rapta V (Vat. 3152) P (Paris. 5756). ἤ rapta R (Hottendorf. Leid.). ductu eius curata Carrio. ductu eius coerata Link. Em. Sall. p. 25 n. 1. ductu eius peracta Mähly N. A. I. XXVII p. 79. Vere Hertzius vocabulum excedisse iudicavit, set cum ipse iussa subplevisset, rectius Link. munu expectari monuit, cfr. Plut. c. 4: οὐ μὴν ὑπῆρχατο τῆς στρατιωτικῆς τόλμης εἰς ἀξίωμα προσηλυθῶς ἡγυμόνος, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιδεικνύμενος ἔργα θαυμαστά καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδῶς τῶν ὤρων ἀπίβαλε τὴν ἑτέραν ἐκκοπιῶσαν. patratu ego proprio Marte novus. — I. celebrata VPR. incelebrata Jac. Gron. celata Hertz. quo vivus faciem suam VPR. quauquam vivus faciem suam ost. Link. quae communis edd. Sall. — 6. quid ille VPR. quae verba ab Hellio interposita, non Sallusti esse suspicata est Link. quin ille Hertz. ille, quod Sallustianum esse Link. negavit, ego tu illo mutavi. — 7. illis ferri non posse vere monuit Link., ac recepit Lachmanni coniecturam: neque illi auxiliis, quo relicto gloriosius renidebat. Ex ultimis verbis quia relicta gloriosius retinebat, quae omnes libri tenent, nuparet hoc dixisse Sallustium: Sertorium non aegre tulisse laesa ac violata membra, quod relicta per illa maiore honore et gloria assecrentur. Quae re pro illis scriptis elisis. Laetabatur dehonestamento corporis neque membra violata esse anxie ferebat, quia cct.

*56 [Kr. et G. 58]. Et ei voce magna gratulabatur.

Donat. ad Ter. Andr. V 4, 36: *gaulemas nostris, gratulatur alienis. Et Sallustius: et — gratulabantur.* Quae eadem verba iterum ad vs. 42 commemorat. — Acute perspexit Kritzius, haec verba eius loci fuisse, quem expressit Plut. Sert. c. 4 ἀπίδαξε δὲ καὶ ὁ δῆμος αὐτῷ τιμὴν προήκουσαν. ἰσοιθῶντα γὰρ εἰς θεῖατρον ἐξεδίξαντό τε πρώτω καὶ κατενῆμασαν, ὧν οὐδὲ τοῖς πᾶν προήκουον ἡλικία τε καὶ δόξῃ τοῦ ἐν ἡδίον. Cum vero Plutarchus eam rem statim post illa, quae fr. 53 dicta sunt, commemoret, quo loco haec verba ponenda sicut dubium non est.

*57 [Kr. 28. G. 20]. Cuius advorsa voluntate colloquio militibus permissio corruptio facta paucorum et exercitus Sullae traditus est.

Commemoravit haec verba Donat. ad Ter. Eun. III 2, 13, ubi corrupte legitur: *cuius ad verba voluntate et promisso.* Rectissime Kritzius

haec verba pertinuisse ad eandem rem, ad quam fr. 22, et *entus* intellegendum esse Sertori (cfr. Plut. Sert. 6. Iul. Exsup. 7 p. 219 ed. Gerl. IV). Cum autem Link. em. p. 23 sq. sobrie ne nimis aubitus prooemio tribueretur dehortatus, verba haec potius in narratione de superiore Sertori vita videri fuisse monuisset, hoc loco ponere malui, nec vero obsecutus sum illi etiam fr. 22 hic reponi iubenti, primum quia S. non magis apto quam in belli civilis adumbratione Sertori aentionem fecisse, in *Exsuo-odis* de Sertorio fusius illam rem narrasse videbatur, dehinc quod non intellegebam, quem locum voces illae colloquentium militum post aut ante ea verba habere potuissent, quae omnem rem breviter set pleue dictam continerent.

*58 [Kr. inc. 61. G. inc. 23]. Cui nisi pariter obviam iretur.

Donat. ad Ter. Eun. I 2, 12: *Pariter, similiter. Sallustius: cui nisi pariter obviam iretur.* — Non dubium est, quin vere Link. em. p. 30 sq. indicaverit, haec ipsa verba Iul. Exsup. e. 8 ex Sall. hausisse: *tunc Sertorius de Marit potestate securus Romam venit et omnium coepit accusare segnitum et ex multis promptissimis factis Syllae industriam laudare, cui nisi obviam iretur, actum iam et debellatum foret.* Ac recte apud Exs. ex Iton. inseretur *pariter, i. e. similiter*, ut ipse Sulla ageret, et videndum annon Sall. verbis addenda sint *actum iam et debellatum foret vol fore.*

*59 [Kr. 59. G. inc. 14]. Hispaniam sibi antiquam patriam esse.

Serv. ad Verg. Aen. I 380: *Patria enim i. e. civitas in provincia esse potest, non tamen in ipsa provincia patria sit. Licet in Sallustio lectum sit Hispaniam sibi antiquam patriam esse, sed illic ad laudem pertinet, non ad veritatem.* Id. ad III 298: *Sed aut provinciam pro patria posuit, ut 'Italiam quaero patriam'. Item Sallustius Hispaniam sibi patriam esse.* — Haec ab Sertorio dicta fuisse, quo Hispanorum animos sibi coaciliaret, qui certum esse negaverit, eorum videtur esse, qui nisi quae manibus tangi possint, non credant; illud dabitari poterit, quo loco ea dixerit Sertorius, nec tanta veri dissimile ea lecta fuisse, ubi oam in Hispaniam provinciam ab Marianis missua provincialium animos in favorem partium suarum modeste tuendo ac blandiendo perduxisse (verba sunt Exs. e. 9) narratum erat.

60 [Kr. 60. G. 87]. Earum aliae paululum progressae nimio simul et incerto onere, cum corpora pavor agitaverat, deprimebantur.

Gell. N. A. X 26, 10: *Propterea Sallustius in eodem libro [vid. infra 65] non eos solum, qui navibus veherentur, sed et scaphas quoque 'nantes' progressas dirit. Verba ipsa posui: earum—deprimebantur. Non. p. 307 corrupte: Alibi de scaphis: earum aliae paulum nimio progressae inter eum sicco onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.* — Lecta fuisse haec verba, ubi res ab Plut. Sert. e. 7 extr. exposita narrata erat, in propatulo est.

*61 [Kr. 61. G. 81 et 82]. Traditur fugam in Oceani longinqua agitavisse, cuius duas insulas, propinquas inter se et decem millia stadium procul a Gadibus sitas, constabat suate ingenio alimenta mortalibus genere.

Serv. ad Verg. Aen. II 640: *agitate, disponite, cogitate. Sallustias: traditur fugam in Oceani longinqua agitavisse. Eadem verba memoriae prodidit Acon ad Hor. Epod. 16, 42.* — His verbis, ac dicam certissu-

num, at paene certum est continuanda esse quae Non. p. 338 ex libro XI, IX, IV (ut libri variant) servavit: cuius [sic libri: quas cj. Hath.] duas — a Gadibus satis [sitas ea. Carrio] — gignere.

*62 [Kr. 62. G. 83]. Serv. ad Verg. Aen. V 735: *Secundum philosophos Elysium est insulae fortunatae, quas ait Sallustius inclutas esse Homeri carminibus.*

Fortasse non dissensit Sall. ab eis quae Plut. scripsit Sert. 8 extr. ὡςτι μέγροι τῶν βαρβάρων διίχθαι πίστιν ἰσχυράν αὐτόθι τὸ Ἠλύσιον εἶναι πεδίον καὶ τήν τῶν ἰνδαίωνων ἐνοίκησιν, ἢ Ὀμηρος ἔμνησεν.

*63 [Kr. 63. G. 81]. Maurique, vanum genus ut alia Afrivae, contendebant antipodas ultra Aethiopiā cultu Persarum iustos et egregios agere.

Prisc. XIV p. 994 P. p. 4611. *Ultra praepositio apud Sallustium in Jugurthino: Maurique — agere. Non. p. 282: Vanam est mendax. — Sallustius in Jugurthae bello: Mauri vanum genus. — Tetigit eadem Tertull. de anima p. 313 (vid. inc. 73). Grammaticos in titulo libri memoria lapsos esse nemo infitiabitur. Neque alius locus fuit de situ Africae dicendi nisi in primo libro.*

*64 [Kr. 121. G. inc. 87]. Steph. Byz. p. 15 ed. Westerm.: Ἀζίλις, πόλις Λιβύης. οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι.

Si quae venia coniectandi datur, cum Kr., eum locum Sall. in rebus ab Sertorio in Mauritania gestis fuisse, veri simile esse non negabis.

65 [Kr. 61. G. 85]. Haque Sertorius levi praesidio relicto in Mauritania naectus obscuram noctem aestu secundo furtim atque celeritate vitare proelium in transgressu conatus est.

Gell. N. A. X 26, 1: *Asinto Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis, G. Sallustio iniquis, dignum nota visum est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque navibus factum 'transgressum' appellavit eosque qui fretum transierant, quos 'transfretasse' dici solitum est, 'transgressos' dixit. Verba ipsa Sallusti possit: itaque — conatus est. Non. p. 307: Transgressus a pedum gradu proprie dicitur, sed auctoritas vetustatis iberiorem loquendi usum docet, ut Sallustius Hist. lib. I et de his qui navigassent et de ipsis navibus eo verbo uti voluit, in quibus gradus non sit: de Sertio [Sertorio]: naectus obscuram noctem aestu secundo *****. — Quo haec referenda sint, eo minus dubium est, quod classem Romanorum in illa regione fuisse Kr. demonstravit ex Plut. Sertor. c. 12.*

66 [Kr. 65. G. 86]. Transgressos omnis recipit mons ***** praeceptus a Lusitanis.

Gellius post verba ad 63 relata sic pergit: *deinde infra ita scripsit: Transgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis; Non. autem: Je inde qui: transgressos omnes recipit mons praeceptus a Lusitanis. Nomen montis ab Sallustio interpositum fuisse ex Serv. ad Verg. Aen. I 518 cognovimus, sed vulgo Beltaia scribitur, L. et Guelf. II Pateia, alii Balleia, Taleta, Betona. Guelf. I monstrata. Kritzius a Casselio confirmatus, quod Bal lingua Celtica caecumen significaret, Balleia verum iu-*

dieavit. Fuit oppidum *Belon*, de quo Strab. p. 140 C'saub. 188 Mein.: *Εἶτα Μελλαιρία ταριχίας ἔχουσα καὶ μετὰ ταῦτα Βελῶν πόλις καὶ ποταμός. ἔντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστα εἰσιν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυροναίας καὶ ἑμπορία καὶ ταριχίαι* et Steph. Byz. p. 72 ed. West.: *Βελῶν, πόλις καὶ ποταμός ἐν τῇ Βαιτικῇ τῆς Ἰσπανίας. ὁ πολίτης Βελώνιος*. Plin. H. N. V 1, 2: (Tingis) abest a Belone oppido Baeticene proximo traiectu XXX M. pass. Id oppidum (nunc Belonía) situm fuisse docuit Mannert geogr. I p. 293 inter duo promontoria, quorum alterum nunc de Plata, alterum Paloma nominatur. Huius nomen antiquum in scripturis librorum Servi latere puto.

67 [Kr. 66. G. 120]. At per omnem provinciam magnae atrocisque famae ibant, cum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium millia, novas humanis formas a fluctibus Oceani accitas corporibus hominum vesci contenderent.

Extat hoc fragm. ap. Verg. interpr. ad Aen. IV 178 p. 42 ed. Mai. Cod.: *magnae atro*, quod H. Keilius subplevit (Val. Prob. in Verg. comm. acc. schol. Veronaens. in Verg. fr.) *cesque famae ibant*; quae utpote libri naturae guarum, sequi malui, quae Kritiziani et Gerlachiani, qui *ibant* non reeperunt. Infra lacunam Kr. explevit: *inmanis formus, Ocean accitas*, Gerl. *inmanes ferus Ocean accitas*, Keil: *novas inmanes formas fluctibus Oceani adpulsos*; ego: *novas inmanis formas a fluctibus Oceani accitas*. — Cum Plut. Sert. c. 12 Libyes ab Sertorio in Hispania ad ductos esse memoriae prodiderit, de eis fabulosos rumores per provinciam sparsos ab Sall. commemoratos fuisse veri simillimam est.

68 [Kr. 68. G. 111]. Et mox Fulvius adveniens postquam tantas copias, hant facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis oportuniara videt.

Nom. p. 157: *Vadum generis neutri*. — *Masculini Sallustius Historiarum* I: et mox — videt. — *Stipidius* L. AJ. *Aufidius* Lipsius epp. quaest. p. 295. — *spiras* libri. *asperitates* Carrio. *copias* ego. — *oportuniara paridet* L. — Cf. Plut. Sert. 12: *Φουφίδιον* (sic recte pro *πον Φίδιον* eu.) *δὲ τὸν ἀρχοντα τῆς Βαιτικῆς περὶ τὸν Βαίτιν ἐπέψατο διαχιλίους ἀποκτείνας Ῥωμαίων*.

69 [Kr. 71. G. 88]. Domitium proconsulem ex ceteriore Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, accessivit.

Prise. X p. 534: *arcesso, accessivi* — *Sallustius in 1 historiaram*. Domitium — accessivit. — Magni de hoc loco errores diffusi fuerunt. Cum enim apud Plut. Sert. c. 12 haec legerentur: *Δομίτιον δὲ καὶ Λούσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἐτέρας Ἰβηρίας διὰ τοῦ ταμίον καταγωνισάμενος καὶ ἠωραίνον ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ἐπὶ Μετέλλου περιθύντων μετὰ δυνάμειως ἀνέλε*, concludere viri docti Domitium quoque a Metello missum vel accessitum esse eumque arbitrati sunt fuisse L. Domitium Ahenobarbiam (Drum. III p. 31. IV p. 355), qui secund. Liv. ep. 90 et Flor. II 10, 6 fuit legatus Metelli, eoque confidentius, quod Entrop. VI 1 L. Domitium praetorem nominat; scilicet apud Plutarchum scribendum rati *Δομίτιον δὲ Λούσιον*, praenomine ut ap. Cass. Dion. XXXIX 14 postposito. Cul sententiae vel illud obstat, quod in Plut. libris καὶ ante *Λούσιον* legitur. Unde emendandum esse intellexere Platarchi editores *Καλονίσιον*. Pro consule igitur in Hispania missus erat M. Domitius Calvinus et Plut. eo nomine erravit, quod cum cum L. Domitio Ahenobarbo confusus, ab Hirtleio, Sertori quaestore, victum esse narravit. M. Domitium

ab Fufidio, cum ad Baetum victus esset, accessitum esso, quo eximio acumine ingenii est, perspexit Th. Mommsen H. R. III p. 17.

70 [Kr. 70. G. 122]. Et numeri eorum Metellus per litteras gnarus.

Arus. p. 233: *Gnarus illius. Sal. Hist. I.* — Hoc fragmentum propterea autem ea quae sequuntur eoulocaui, quia mihi veri simile videbatur, de Metello bellum adparante dictum fuisse.

71 [Kr. 69. G. 90]. Iussu Metelli cornicines occauere.

Prise. X p. 529: *quidam autem et 'occano, occanni' protulerunt, ut Sallustius in I Historiarum: iussu Metelli cornicines occauerunt.* Diom. p. 373 sq. *occino occini. est enim cono cecini: in compositione quia [non] iterator, amittit unam syllabam. sed Sallustius dicit in primo Historiarum: iussu Metelli cornicines occauerunt.* — Serv. ad Verg. Ge. II 384: *Stetium ab eo quod est cono, non 'rectus', sed 'canus' dicebant, unde Sallustius 'cornua occauerunt' inquit 'ex primo Historiarum libro Servius in Verg. Georg. II 384'; quod si verum est, eo minus dubium videtur, quin Servius in eodem loco adferendo erraverit.* Kritzius tamen [Luc. 82] et Gerlachius [I 100] integrum fragmentum esso maluerunt.

72 [Kr. 72. G. 105]. Occupatusque collis editissimus apud Ilerdam. Eum multo opere circumdat.

Arus. p. 219: *Circundo hac re illum rem. Sal. Hist. I: occupatusque collis editissimus. eum multa opera circumdat.* Prise. XV p. 1008 P. p. 66 H. *Sallustius in Hist. — et apud Ilerdam, eum multa opera circumdat.* — *Multo opere* corrigendum putavi, quoniam ita demum locus recte et ob rem ab Arusiano commemoratus est. — Ceterum haec verba leeta fuisse in proelio inter Hirtuleium et L. Mallium eommissi (Drum. IV p. 357 sq. Momms. III p. 18) narratione satis apertum est.

* 73 [Kr. II 20. G. II 72]. Qui (Celtiberi) se regibus devovent ut post eos occisos vitam refulent.

Serv. ad Verg. G. IV 218: *'pulchram mortem, gloriosam quippe quae pro rege suscipitur. Tricrit autem hoc de Celtiberorum more, qui ut in Sallustio legimus, se regibus cet. — Volgo editur et — refulant, set rectius scribi ut refulent, cum necessario dicendum fuerit qua conditione se regibus devovent, facile adparet; cfr. de eodem Gallorum more Caes. B. G. III 22 cum DC devotis — quorum haec est conditio uti — si quid his per vim accidat, aut eundem casum una ferant aut sibi mortem consciscant.* Post eos autem excidisse occisos vel simile vocabulum ut statumus et perspicuitas postulat, et Val. Max. II 6, 11: *Celtiberi etiam nefas esse dicebant proelio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum devovent, quem ex Sallustio hausisse credibile est, haec.* Quo nexu illa dicta fuerint, ostendit locus Plut. Sertor. c. 14: *ἔθους δ' ὄντος Ἰβηροῦ, τοὺς περὶ τὸν ἄρχοντα τεταγμένους συναποθνήσκειν αὐτῷ πεσοῦσι καὶ τὸτο τῶν ἐκεί βαρβάρων κατὰσπισιν ὀνομαζόντων τοῖς μὲν ἄλλοις ἡγεμόσιν ὀλίγοι τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων, Σερτωρίω δὲ πολλὰ μνησίδες ἀνδράπων κατὰσπικόντων ἑαυτοὺς ἠκολούθουν.* Ceterum hoc fragmentum libro primo potius, quam cum Gerl. et Kritzio secundo adscribendum putavi, quoniam apud Plutareum statim ea sequuntur, quae ex primo libro commemoravit Non. fr. 71. Quamquam de moribus ferocibus Hispanorum in libro II dictum fuisse certum est.

74 [Kr. 73. G. 115]. Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine per calorum corpora ad medium evasit, dein superadstantium manibus in murum adollitur.

Non. p. 363; *Deinuper. Sallustius Hist. I*: Sertorius partis turbam orantibus et nullo, ut in terrore semet, generis aut imperii discrimine, per calorum corpora ad medium quasi: dein superstantium manibus in murum adollitur. Id. p. 193; *discrimen rursus separatio, a discernendo, unde et discerniculum dicitur acus, quae capillos a medio fronte dissepant. Sallustius Historiarum lib. I*: Sertorius fortis turbam morantibus et nullo ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calorum corpora ad medium quasi: dein superstantium manibus in murum attollitur. — Quae exhibui emendationes, Mercero debentur. — De re cfr. Phit. Sert. 14 extr. λέγεται δὲ πρὸς τινι πόλει τροπῆς γενομένης καὶ τῶν πολιτῶν ἐπιχειρῶν τοὺς Ἰβήρας ἀμελήσαντας αὐτῶν τὸν Σιρτώριον σώζειν καὶ τοῖς ἄμοις ἐπαρταίοντες ἄλλοις πρὸ ἄλλων ἀνεκκουφίσαι πρὸς τὰ τεύχη, γενομένου δ' ἐν ἀσφαλείᾳ τοῦ ἀρχόντος, οὕτω τρέπασθαι πρὸς πύλην ἕκαστον αὐτῶν.

75 [Kr. 71. G. 100]. Et Diponen validam urbem multos dies restantem pugnando vicit.

Non. p. 360 haec verba ex Hist. lib. I adfert, quo negativi temporis rationem ostendat. *Diponem* libri eius Acad. *diponem* ms. Jun. et *ponere* edd. ante 1526. *Hirponem* vel *Vizonem* cj. Putsch, *Olyssiponem* Jun. *Tigennam* Coler. De Dipone vid. Ukert. geogr. Graec. et Rom. II p. 118.

*76 [Kr. 75. G. 111]. Cui nomen oblivionis condiderant.

Serv. ad Verg. Aen. I 267: *Dicitur autem et nomen mihi est Cicero et Ciceronis, ut Sallustius*: cui nomen oblivionis condiderant. — Cum thuvio Linnataeae vel Belioni certam ob emissam nomen λήθης i. e. oblivionis inditum esse constet (Strab. III p. 153 C. 207 et 208 Meib. Liv. ep. 55. Flor. I 34. 12. Mel. III I, 8. Mannert. geogr. I p. 311), rectius Kritzius adparet haec verba ad eum thuvium retulisse, quam Gerlachium, de oppido Lete dicti arbitratum, cum fr. 82 coniunxisse. Ceterum vide an *indiderant* legendum sit.

77 [Kr. 76. G. III 9]. Illam raptis forum et castra nautica Sertorius commodaverat.

Verba leguntur ap. Pomp. comm. nrt. Don. p. 152 ed. Lindem., set ibi *mutaverat* scriptum, quod in *commodaverat* correxi. Non. p. 110, quo *forum* menseulino genere dictum esse demonstraret, ex primo histor. addidit: *illam nautis forum*, ubi aperte *nautis* ex *captis* corruptum est. Ab Sertorio ad Dianium piratis stationem praebitam esse constat ex Strab. III p. 159 C. 215 Meib. Cic. in Verr. V 56, 116; cfr. Momms. H. R. III p. 20. Mannert. geogr. nrt. I p. 111.

78 [Kr. 77. G. 66]. Itaque Servilius aegrotum Tarenti condegam prior transgressus.

Ex lib. I commemorat Prise. XV p. 1006 P. p. 61 H., apud quem scriptum fuit *atque Serv.* Quin de P. Servilio Vntin (Isaurico), qui a. 675 (79) cum App. Claudio Pulero consul fuit, dictum sint, dubium non est, neque ab veri specie abhorret, illam transgressionem factam esse, cum uterque pro consule in provinciam profectus esset.

79 [Kr. 79. G. 124]. Ad Olympum atque Phaselida.

Cum Prisc. XV p. 1008 P. p. 66 H. haec verba ex primo libro adferat, quin ad P. Servilium, qui Olympum et Phaselidem magna gloria expugnavit (Cic. in Verr. I 21, 56, IV 10, 21. Flor. I 41, 5. Eutrop. VI 3. Oros. V 23. Druin. IV p. 306 sq.), spectaverint dubitari nequit.

80 [Kr. 80. G. II 83]. Iter vortit ad Corycum urbem inclutam specu atque nemore, in quo crocum gignitur.

Non. p. 137 hunc locum protulit, quo *crocum* neutro genere dictum esse ostenderet, set ex libro II; at cum Prisc. XV l. ad 79 conl. ex primo libro adferat, ac Corycum ab P. Servilio expugnatam esse constet ex Pseudo-Asc. ad Cic. Verr. I 21, 56 p. 173 Or., apud illum in numero erratum esse nemo infitiabitur. — Quod in Noni libris est *paetusque*, Ha-vercampius emend. *specu atque*, conl. Strab. XIV p. 670 C. 935 Mein. Curt. III 4, 10. Mel. I 13. Minus probabilis visa est Wagneri suspicio Act. gymn. IX p. 195: *incluto porta, specu, nemore*.

81 [Kr. 81. G. 113]. Apud Lete oppidum.

Prisc. I. ad 79 conl. ex primo libro haec verba adtulit. Lete oppidum num in Hispania extiterit, nescio; in Macedonia fuisse Plinius memoriae prodidit H. N. IV 10, 17, et ap. Prisc. libri *Lete*. Unde adparet, male haec verba Douza auctore cum 76 coniuncta esse. Cum autem Appium Claudium Pulcrum pro eos. in Macedonia bellum gessisse constet (Druin. II p. 184. Momms. III p. 35), eiusque in hoc libro mentionem factam fuisse fr. 78 docent, probabiliter Kritzius res ab eo gestas narratas ibique Lete oppidum commemoratum fuisse coniecit.

82 [Kr. 82. G. 111]. Repulsus a Lete oppido.

Prisc. I. c.

Subiungam iam ea fragmenta, quae ex libro I commemorata, quo referenda aut quo modo emendanda vel explicanda sunt, dubium esse videatur.

83 [Kr. 83. G. 95]. Et stationes sub vineas removebat.

Arns. p. 261 ex libro I adfert, lemmae praemisso *sub illum rem venosit*. Ad eam rem spectare, quam App. b. c. I 91 p. 510 Bekk. narravit: *καὶ περὶ τὰς ἀνάγκας ἡμέρας ἐν Φαιωνεσίᾳ Κάσθων καὶ Νωσθωνός ἐξ ὁδοῦ βραχὺ πρὸ ἐσπέρας ἐπὶ τὸ Μετέλλον στρατόπεδον ἑλθόντες λοιπῆς οἰσῆς ὥρας μιᾶς καὶ ἀμπέλων πικρῶν περιουμένων ἀνοήτως εἰς μάχην ἐξέταπτον*, nemo facile Kritziō adsentietur. Cum enim de re bello gesta Sallustium locutum fuisse haec clarius sit, de vineis militariis illis obsidionum instrumentis cogitandum esse adparet. Qua re de excursionem quadam obsensorum, qua milites ex stationibus sub vineas sese recipere coacti essent, dictum videtur fuisse.

84 [Kr. 84. G. 61]. Magnis operibus perfectis obsidium coepit per L. Catilinam legatum.

Fest. p. 191 ed. Lind.: *Obsidium tanquam praesidium, subsidium recte dicitur, cuius etiam auctor G. Laelius pro se apud populum: 'uti nobis terra marique vinet obsidium forent'. Et Sallustius historiarum I: Magnis opere profectus oppidum coepit per L. Catilinam legatum. Quae menda iam dudum ab viris doctis emendata sunt. Kritzius, cum Festis hunc locum adtulisset, ut obsidium de auxilio dictum esse alio praeter Laeli exemplo confirmaret, cepit scripsit atque haec sententiam esse statuit:*

auxilium accepit per L. Catilinam legatum. At *capere* pro accipere ita dici nequit ac diversa sunt, quae Kr. ad Jug. 85, 18 contulit. Mihi hoc Sallusti exemplum Laeli obpositum videtur fuisse nec dubito ap. Festum reponere *At Sall.* Cum autem L. Catilinam legatum sive Sullae, sive alius praeceleri ducis fuisse ignoretur, — mirum autem esset, si omnes scriptores de ea re tacuissent — cumque Festi librum corruptissimum esse adpareat, audeo coniectari, non L. Catiliaam conaenioratum fuisse, set Q. Laeretium Ofellam, quem Sulla magnis operibus perfectis ad obsequendum Praeneste reliquit (cfr. Drum. II p. 462).

85 [Kr. 85. G. III 65]. Maturaverunt exercitum Durrachium Agere.

Arus. p. 218 sub lemmate *eogo domum te*. Utrum de legatis Sullae quem Durrachio in Italiam transvectum esse constat (Drum. II p. 457), au de P. Servili vel Appi Claudii in suas provincias proficiscentium, dicta fuerint, in incerto relinquendum est. Qui de ipsis P. Servilio et Appio Claudio intellegant, *exercitus* scribere debebunt.

86 [Kr. 86. G. 97]. Illo profectus vicos castellaque incendere, et fuga cultorum deserta igni vastare neque late * ire set cautissimus metu gentis ad furta belli peridoneae.

Non. p. 212: *Furtum insidiae. Sallustias lib. I.* — ille B, illo W, in mg. *elate libri. elata AJ. elatae 483. elate aut vetustissimus libri. setustissimus B. foelustissimus L. aut fecutis metu B. vetustissimus nig. J. aut securissimus 483. peridonea libri, peridoneae 483.* Coniecerunt: *elato aut securo esse animo* Douza, *elate aut securus a metu* Gerl., *neque late aut securus ire metu* Kritz., *neque elate aut fretus, simul metu* Roth., *vastare, ne quae intus lateant cautissimus* Mähly N. A. LXXVII p. 79; cuius vestigia equidem ego mihi praevunda putavi.

87 [Kr. 87. G. 91]. Gens raro egressa finis suos.

Arus. p. 227 cum lemmate *egressus illum rem*. Schol. ad Lucan. Phars. V 510, ubi pro *gens* scriptum est *ut*.

88 [Kr. 98. G. 63]. Sic vero quasi formidine adtonitus neque animo neque auribus aut lingua compelere.

Non. p. 189: *Competere rei eatuque meminisse aut constanter valere. Sallustias Historiarum lib. I:* sic \rightarrow competere. Non recte cum his verbis confusa sunt, quae Donat. ad Ter. Ad. III 2, 12 protulit (vid. inc. 33). Videntur haec verba dicta fuisse de homino aliquo, nomen suum in proserptionis tabula legente (Drum. II p. 471 sq.).

89 [Kr. 91. G. 123]. Obviam ire et commori hostibus.

Arus. p. 220: *commoritur illis*.

90 [Kr. 92. G. 96]. Ut in ore gentibus agens.

Arus. p. 243: *in ore illius [conr. illi] agens pro in conspectu illorum. Solut. Hist. 1:* ut in ore gentibus agens. — Donat. ad Ter. Ad. I 2, 13: *in ore et omni populo* Sallustias; in ore gentibus agens. — Cum de quocumque haec verba dicta fuerint, non recte coniungi adpareat *populo, civitati*, quae ap. Don. secuntur, *populo, civitati*, pro explicatione vocabuli ab Terentio scripti habenda sunt.

91 [Kr. 93. G. 71]. Prudens omnium quae senatus censuerat.

Commemoravit Arus, p. 256 sub lemmate *prudens illarum rerum*. Ad Lepidum in Etruria agentem, set per amicos de omnibus senati consultis certiorum factum, spectasse non sine omni veri specie coni. De Brosius (cfr. Link. de praef. urb. p. 10); neque prorsus diversa sunt App. b. c. I 107 p. 524 Bekk. *οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶν ἕρ' οἷς ἔκαλεῖτο*; scilicet Sall. verba de eo dicta videntur fulsere, qui quae senatus censuerat, ipse iam providisset decretum iri.

92 [Kr. 94. G. 39]. Sanctus alias et ingenio validus.

Edebatur *altiter* secundum Charis. II p. 194, set, cum eius lib^o *alias tenent*, H. Keilii perspexit titulorum et exemplorum ordinem turbatum esse. Ceterum vid. iuc. 112.

93 [Kr. 95. G. 64]. Nisi cum ira belli desenuisset.

Prisc. X p. 512: *a 'seneo' igitur, non a 'senesco' fit praeteritum 'senut', Sallustius in I historiaram: nisi — desenuisset.*

94 [Kr. 96. G. 72]. Liberis eius avunculus erat.

Donat. ad Ter. Phorm. V 6, 32 haec Sallusti verba [in primo] comparavit cum Terenti *Patrus tuus est pater inventus Phario uxori tuae.*

95 [Kr. 97. G. 103]. Neque se recipere aut instruere proelio quivere.

Prisc. X p. 539 pro exemplo perfecti *quiel*. Nimisne audax habebor, quod haec verba ad eandem pugnam atque fr. 68 pertinuisse suspicor?

96 [Kr. 98. G. 104]. Equi sine rectoribus exterriti aut saucii consternantur.

Prisc. VIII p. 436: *'sterno sternis' actionem, 'consternor consternaris' deponens. Sallustius in I historiaram: equi — consternantur.*

97 [Kr. 99. G. 106]. At inde nulla munitionis aut requie mora processit ad oppidum.

Prisc. VII p. 367: *idem in I: at inde — ad oppidum, 'requie' pro 'requiet'.*

98 [Kr. 100. G. 110]. Locum editiorem quam victoribus decebat capit.

Arus. p. 223 *deceet tibi*. Eadem, set *om. capit*, propter dativum cum *decebat* coniunctum commemoravit Serv. ad Verg. Aen. VIII 127.

99 [Kr. 101. G. 116]. Neque detrusus aliquotiens terretur.

Prisc. XV p. 1015 P. p. 78 H. *aliquotiens ab aliquot*. Sallust. in I historiaram: neque — terretur. — Kritz. et Gerl. ex nou. libris *deterretur*. Videtur mihi de oratore in contionem procedente ac saepius de rostris detruso potius dictum fuisse, quam de milite vel exercitu munita hostium escendente.

100 [Kr. 103. G. 94]. Numeroque praestans, privos ipse militiae.

Arus. p. 256 praemisso *privus illius*. — Singulari modo dictum *privus* Kr. inustravit exemplo Apul. de deo Soer. 43: *turba imperitorum, priva*

verae sapientiae. Set priora dno verba de exercitu, numero hominum ampliore set agri ac pecoris magis quam belli cultore, cogitare potius cogunt, quam de duce bello inperito.

101 [Kr. 104. G. 59]. Vacuam istam urbem viris militari aetate.

Arus. p. 205: *vacuus hae re. Sallust. Hist. I*: vacuam istam urbibus militari aetate, — *urbem hominibus* em. Linden., *urbem viris* van der Hoeve specim. p. 17; mihi etiam *istam* suspectum est, nec veri staulis Kritzii coniectura: verba fuisse in oratione alicuius ducis, urbem quamdam capi posse ostendentis. Linkerus em. p. 27 ad Castulonis expugnationem (Plut. Sertor. c. 4) referri posse ceasuit, set de rebus prius in Hispania ab Sertorio gestis fusius narraesse Sallustium cum alias ob causas tum ob fr. 55 vix recte contendi videtur.

102 [Kr. 105. G. inc. 39]. Cum murum hostium successisset, poenas dederat.

Arus. p. 200: *successit illam rem. Sallustius Hist. I*: cum murum hostium successisset. — Serv. ad Verg. Buc. V 5: *Sallustius tamen 'succedere' accusativo iunxit, set ubi 'prope' significat: cum murum hostium successisset, poenas dederat, h. e. cum prope murum successisset.*

103 [Kr. 107. G. 117]. Dubitavit acie pars.

Prisc. VII p. 306: *veteres tamen frequentissime inveniuntur similem ablativo protulisse in hac declinatione tua genitivam quam dativam, ut Sallustius in historijs libro I: dubitavit acie pars pro 'acie'*. Eadem adferunt P'rob. inst. II p. 101 L. et Serv. ad Verg. Ge. I 208.

104 [Kr. 110. G. 98]. Militiae periti.

Arus. p. 252: *peritus huius. Sallust. Hist. I.*

105 [Kr. 111. G. 102]. Doctus militiam.

Arus. p. 223: *doctus illam rem. Sal. — et Hist. I*: doctus militiam.

106 [Kr. 112. G. 90]. Egregius militiae.

Arus. p. 227: *egregius illius rei. Virg. Aen. XI: egregiusque animus. Sallust. Hist. I*: egregius militiae.

107 [Kr. 115. G. 126]. Fugam maturabat.

Arus. p. 247 sub *matureo illum rem.*

108 [Kr. 116. G. 93]. Paucos saltum insidentis.

Coaemmoravit Arus. p. 236 post locum fr. 9 l. 11.

109 [Kr. 117. G. 125]. Protectionem festinantem.

Arus. p. 231 sub *festino illud.*

110 [Kr. 118]. Solis viis.

Donat. ad Ter. Phorm. V 7, 86: *in solas terras?]* Virgilius: *pastorum et solis exegit montibus aevom. Et Sallustius in primo: solis viis.*

111 [Kr. 102. G. 70]. Ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus.

Serv. ad Verg. Aen. XII 694: *Abi veteri more dictum accipiunt: 'verum' enim quod rectum et bonum esset adpellabant. Sallustius in primo: ea — abnuentibus. — Est ita deam ferri potest, si haec verba ex oratione deprompta fuisse statuamus, quamquam plures orationes quam eas*

quas habemus ab Sallustio huic libro intersertas fuisse credibile non est. Conrigendum igitur mihi videtur *erat*. Cum autem *ea* scriptum sit, de certo consilio antea expositum fuisse manifestum est; nec magis dubitandum, quin id ab plerisque inperitis, nullum eius rei usum habentibus comprobatum fuerit. Qua re veri simile est, dicta fuisse haec verba de militibus temerarium consilium ceterorum reicientibus.

112 [Kr. 106. G. 51]. Quietam a bellis civitatem.

Arus. p. 257 s. v. *quietus ab illis rebus*. — Credo dictum fuisse de M. Aemilio Lepido, civitatem romanam iam a bellis quietem agentem rursus ad bellum civile instigante.

113 [Kr. 108. G. 118]. Quos inter maxime.

Charis. II p. 230: *praepositiones, quia praeponuntur, merito censentur, nam et illud Sallustii historiarum libro I quos inter maxime praepositio est, quia per anastropheam dictum posse converti*.

114 [Kr. 113. G. 92]. Animi inmodicus.

Arus. p. 230: *infelix huius rei. Virg. Aen. III: infelix animi Phoenissa. Sic Sallust. Hist. I: animi inmodicus*.

115 [Kr. 114. G. 89]. Libertatis insueti.

Arus. p. 241, ubi titulus conrigendus *insuetus illius rei*.

116 [Kr. 119. G. 107]. Agreste.

Charis. I p. 120: 'Agreste' Sallustius historiarum I; quod idem Plinius eodem libro 'in animal' inquit 'significatione'.

117 [Kr. 120. G. inc. 16]. Quaesere.

Eutyeh. p. 192 Lind.: *Et defectivum 'quaeso, sis', cuius infinitivum quaesere Sallustius in primo posuit historiarum libro. Phoc. p. 349: Defectiva in modis sunt haec. 'Quaeso, quaesumus', quod primum personam habet in singulari et plurali indicativi modi dum taxat, licet quaesere lectum sit apud Sallustium et Tallium*.

Lib. II.

*1 [Kr. 1. G. 8]. Cum praedixero positum insulae.

Donat. ad Ter. Phorm. I 2, 47: '*sita*' pro '*posita*'. Sallustius cum *adiectione in II*. cum praedixero positum insulae. *Et hoc ei reciprocum est*. — Cum Sall. de situ, natura, historia Sardiniae insulae libro II dixisse ex scriptorum testimoniis constet, Gerlachius non male coniecit, haec in principio eius insulae descriptionis posita fuisse. Quanquam cum de Creta insula in libro III fusius disputatum fuisse non minus certum sit (cfr. fr. III 60, 61), quid obstat, quo minus de ea insula verba illa intellegamus?

2 [Kr. 2—4. G. 2—4]. Sardinia in Africo mari facie vestigi humani in orientem quam in occidentem latior prominet. — Ichmusa — Sardinus — ex suo vocabulo insulae nomen dedit. — herba [Sar-

donia], apiastri similis, quae comesa ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentis interimit.

Gell. N. A. XIII 30 (20), 5: *Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusque modi atiarum 'facies' dicitur. Nam mnatis et cneli et maris 'facies', si tempestive dentur, probe dicitur. Sallustii verba sunt ex historia secunda: Sardinia in Africo — prominet. Eadem verba eandem ob causam commemoravit Non. p. 37. — Ceterum Isidori, Solini, Servi locos ex Sall. maximam partem haustos esse adparet, ex quibus quae mihi Sallustinae orationis colorem praec se ferre videbantur, supra posui. Sunt autem hi loci: Isid. Orig. XIV 39 et 40 p. 453 ed. Otto: *Sardus Hercule procreatus cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam ocequavit et ex suo vocabulo insulae nomen dedit. Haec in Africo mari facie vestigii humani in oriente [coar. em] quam in occidente [coar. em; alteram in ex hoc loco recepi] latior prominet, ferre paribus lateribus, quae in meridiam et septentrionem vertunt, e.r quo ante commercium a navigantibus Graecorum Ἰχνοσ appellata. Terro patet in longitudinem (sic recte coar. Kritzius) milia CXL, in latitudinem XL [LX Kritzius; numerus certo falsus]. In ea aeque serpens gignitur, neque typhus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Vencnum quoque ibi non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quae hominibus rictus contrahit et quasi ridentes interimit. Fontes habet calidos Sardinia, infirmis meliorem praebentes, furibus carcerem, si sacramento dato oculos aquis eius tetigerint. Solin. Polyhist. 10: *Sardiniam apud Timoclea Sanduliotin legimus. Ichusam apud Crispum [Chryzippum Gerl. sine causa. Multi scriptores de eo nomine dixerunt; velut Myrs. fr. II Vol. IV ed. Müller p. 159; cfr. Stiehle Philol. IV p. 501. Quod si Sallustius id nomen antiquum commemoraverat, eum etiam de nominis Sardiniae origiue dixisse veri simillimum est]. — Sardinia est quidem absque serpentibus; sed quod aliis locis serpens est, hoc solifuga Sardois nigra, animal perexiguum simileque uraneis forma. Haec incommodo accedit et herba Sardonica, quae in defluis fontaneis provenit lurgius lusto. Ea si edulio fuerit, venentibus nervos contrahit, rictu ora diducit, ut qui mortem oppetunt, velut ridentium facie intereant. — Fontes sane calidi et salubres aliqnot locis effervescent. — Sed qui oculis nudentur, et coarjorandis valent furibus. Nun quisquis sacramento raptum negat, lumina quis attrahat; ubi pericurium non est, cernit clarus; si perfidia abnuat, detegitur facinus caccitate et captus oculis admissum tenebris futetur. Serv. ad Verg. Ecl. VII 41: *in Sardinia enim nascitur quaedam herba, ut Sallustius dicit, apiastri similis, haec [comesa] ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentes interimit. — Comesa necessario addendum. Ceterum facile adparet Servium verba Sallusti pleniora retulisse quam Isidorum.****

3 [Kr. 5. G. 14]. Daedalus ex Sicilia profectus, quo Minonis iram atque opes fugerat.

Prisc. VI p. 255: *'Minos Minois'. Sallustius tamen 'Minonis' protulit genetiium in II historiaram: Daedalus — fugerat.*

*4 [Kr. 6. G. 13]. Serv. ad Verg. Aen. VI 14 p. 352 ed. Lion: *Daedalus vero primum Sardiniam, ut dicit Sallustius, post delatus est Cumas.*

*5 [Kr. 7 et 8. G. 13 et 7]. Apollinis filio et Cyrenes.

Haec verba ex Sall. adfert Prob. p. 107, quae, cum Apollinis et Cyrenes filius fuerit Aristaeus eumque Sardiniam incoluisse constet, non dubitavi in reliquiis libri II ponere. De eo ab Sallustio haec narrata fuisse testatur Serv. ad Verg. Ge. I 12 p. 173 ed. Lion: *Hic,*

ut etiam Sallustius docet, post Ianitum a eamibus Actaconem filium matris instinctu Thebas reliquit et Ceam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam, post ea relicta eam Daedato ad Sardiniam transitum fecit. Quae verba Sallusti non esse antis adparet. Kritzius Cretam pro Ceam vel Caecam.

* 6 [Kr. et G. 10 et 11]. — alii Sardiniam temerunt.

Serv. ad Verg. Aen. I 242: *Non sine causa Antenoris posuit exemplum, cum multi evaserint Troianorum periculum: ut Capys, qui Campaniam tenuit, Helenus qui Macedoniam: ut alii qui Sardiniam secundum Sallustium.* Id. ad I 601: *Multi enim post excidium Troiae orbis diversa tenuerunt: Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam secundum Sallustium, alii vicina Syrtibus loca secundum Lucanum.* Quibus locis diligenter considerata et comparata, nihil aliud Sallustio tribui potuisse adparet, nisi de coloniis ab Troimis in Sardinia conditis eum narravisse, nec vero Capys, Antenoris, Heleni mentionem ab eo factam fuisse. Set illud quin in libro secundo factum fuerit non dubium est.

Cum illo fragmento Kritzius et Gerlachius coniungere hoc: *Trolana tempore invadendarum terrarum eussa fuerat navigatio*, non ipsa scriptoris verba esse contententes, set certe sententiam. Set consideremus locum, unde sumpsere, Serv. ad Verg. Aen. I 296: *aut certe fati Troianorum, qui non sponte sed necessitate ad Africam venerant, quod utique ignorabat Dido. Illo enim tempore invadendum terrarum causa fuerat navigatio, ut Sallustius meminit, facili tum mutatione sedium: quod etiam excusant Troiani 'non nos aut ferro Libycoo populare Penates venimus'.* Nonne adparet hoc commentatorem dicere voluisse: illo tempore multos per procellas coactos invitos in aliorum terras venisse? Quam sententiam num credis Sallustium eis verbis expressisse, quae Servius posuit? Set eum ea non conveniunt quae sciuntur. Facilis enim mutatio sedium homines impellebat, ut patria sua deigrarent aliasque sedes quaererent. Perspicuum igitur est commentatorem Vergilii festinantem duo commisisse: eum navigatione inventa et exulta facilis esset mutatio sedium, Troianos, qui excidium patriae evaserant, ut alias terras navibus peterent, commotos, set multos per tempestates in alia loca, quam quae peterent, delatos esse. Iam si quis Sallustium contenderit narravisse eos Troianos qui in Sardiniam pervenissent, non sua sponte, set necessitate ad eam insulam adpulisse, nihil habebimus, quo eam suspitionem falsam esse ostendamus. Set verba *ut Sallustius meminit* non minus recte ad praegressa, quam ad sequentia *facili tum mutatione sedium* referuntur (cfr. ad fr. 16); et haec verba multo magis Sallustinae orationis speciem prae se ferunt. At eum praecedentibus non conveniunt. Nonne igitur veri simile est grammaticum doctrinae ostentandae studio verba ex Sallustio minus apte illi sententiae adiunxisse? Ut ut est, illud certum videtur omnem locum ab Sallustio ita scriptum non fuisse, ut Servius rettulit, et verba *facili tum mutatione sedium* adeo maiore eum veri specie pro Sallustiano fragmento haberi, quam illa, quae Kritzius et Gerlachius in eius reliquiis ponere.

* 7 [Kr. 12. G. inc. 20]. Prob. p. 123: *'hos' non inveni nisi unum barbarum numero semper plurali Tarrhos, nomen civitatis lectum in Sallustio.* Idem p. 129: *'Tarrhos' nomen est numeri semper pluralis.* Idem nomen oppidi Antonini itinerar. p. 85 (Mannert. geogr. IX 2 §. 504) in Sardinia commemorat; set dubium est, num idem sit ac Tarras, cuius Ptolemaeus mentionem fecit (Mannert. l. c. p. 485). Illud nun dubitandum videtur, quin *Tarrhos* accusativus sit. Cum autem in Sardinia ille locus fuerit, cum con-

memoratum fuisse, ubi de Lepidi interitu dictum erat, paene certum videtur.

8 [Kr. 13. G. 15]. Set ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corsa nomine Ligus mulier.

Prise. VI p. 264: nam 'vetus veteris' commune est trium generum. et 'Ligus' quoque 'Liquis' commune. Sallustius in II historiarum: Sed — mulier. — Quam rem Sallustius narraverit, intellegitur ex Isidor. Orig. p. 453 ed. Otto: Corsicae insulae exordium incolae Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quaedam Corsa nomine Ligur [sic Ar. Liguram va. Ligus volg.] mulier, cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire invigila sibi pavula, taurum a ceteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Unius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures rutibus ibi profecti sunt [proseculi sunt Gu. 2] eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt: in quibus nomina, velut a ceteris digredientem et cuius regressu Sallustiani styli videntur esse. Ceterum Sallustium de Corsica insula eodem loco, quo de Sardinia dixisse veri simillimum est.

9 [Kr. 14. G. 6]. Ne illa tauro paria sint.

Donat. ad Ter. Andr. IV 2, 23: 'Ne' pro 'nequam', ut adverbium est prohibentis, ut sit 'ne non'. Sallustius secundo libro: ne illa tauro paria sint, pro 'nequam'. — Hoc fragmentum Kritzius et Gerl. nullam aliam ob causam cum 8 coniungere, nisi quod in utroque *tauri* vocabulum est. Nam quae sententia esset quique nexus, explicare se posse desperare. Cum ne pro *nequam* dictum esse Donatus tradat, nihil conici licet, nisi quae aliis bestiis viribus inferiora essent, multo minus tauro posse paria censerit, ergo de animalibus dictum fuisse, quorum robur per scriptores sive rnoribus vulgi in immodicum auctum esset, quod quo secundi libri loco factum fuerit, difficile est ad dicendum. Set non possum subprimere suspicionem, n. p. Don. et numerum libri falsum et verba corrupta esse, atque commemorata fuisse verba Cat. II, 8 *ne illi temperant*, ut ab eo aliquid munimentum accipiant emendatio, quam ibi propositum.

* 10 [Kr. 15. G. 16]. Perrexere in Hispaniam an Sardiniam.

Serv. ad Verg. Aen. I 329: *alii nutem* [an] *conjunctionem disiuunctivam volunt, ut Sallustius: perrexere — Sardiniam*. Quin haec verba de reliquiis Lepidani exercitus dieta fuerint vix dubitari videtur posse. Set non temere mihi conicere videor, aliquid post illa verba excidisse veluti in *Hispaniam an Sardiniam parum exploratum est*, itaque in errore inductum esse grammaticum. Nam *an* sic pro disiuunctiva particula dictum vulgaris potius est et posteriorum sermonis (multa in Cic. epistulis exempla) et semper tamen interrogativam vim retinet. Ferri certe non potest, nisi tale aliquid secutum esse statuamus: *id enim parum certum est*. In Atti fr. 463 ed. Ribb. p. 166 vel versus ratio postulat ut cum Bothio adiciatur *cliam*.

11 [Kr. 17. G. 57]. [Pompeius] cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis verte certabat.

Refert haec Veget. d. r. mil. I 9 extr. praemissis: *De exercitio Gn. Pompei Magni Sallustius hoc memorat*. Quae in eo loco posita fuisse, ubi de Pompeio ad bellum Sertorianum misso dictum erat, satis probabiliter ex verbis a Vegetio adiectis conicitur: *neque enim ille miles potuisset par esse Sertorio, nisi sese et suos milites frequentibus exercitiis praeparasset*.

set ad proelia. Cum de exercitiis dicatur, quibus milites ad pugnas praeparabantur, *uete* ferri non potest. Etenim si cum Kritzio instrumentum pro onere magno promovendo dictum statuas, id non est exercitii genus, sed labor in ipso bello exantlandus (ut *ταρσσία* et *χαράκωσις* ap. Plut. Mar. c. 7 extr.). Qua re scriptum fuisse credo *fusce*. Cfr. Veget. I 19: *Pondus quoque baculare usque ad sexaginta libras et iter suocere gradu militari frequentissime cogendi sunt ianlores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter et arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si usus accesserit: nihil enim est quod non assidua meditatio facillimum reddat. Quam rem antiquos milites factitasse Vergilio ipso teste cognoscitur, qui ait* (I. III 346):

Non secus ac patris acer Romanus in armis
 Inusto sub fusce viam cum carpit et hosti
 Ante expectatum positus stat in agmine castris.

12 [Kr. 62. G. 22]. Nam Sullam consulem de reditu eius legem ferulam ex composito tribuimus plebei G. Herennius prohibuerat.

Gellius N. A. X 20 postquam de discrimine inter *legem* et *privilegium* intercedente exposuit ac tamen apud veteres scriptores non magnam differentiam illorum vocabulorum esse animadvertit, § 10 adicit: *Salustius quoque, proprietatum in verbis retinentissimus, consuetudini concessit et privilegium quod de Gn. Pompei reditu ferebatur, legem appellavit. Verba ex secunda eius historia haec sunt: Nam — prohibuerat. Ibi cum libri nam illam Sullam exhibeant, illam ex dittographia natum esse iamdudum viri docti perspexere. Quin de Gn. Pompei ex Africa reditu dicatur dubium non est, set de re ipsa, quoniam ab nullo alio veterum scriptorum commemorata, multum et in contrarias partes est disputatum. Conspertum igitur est ex Plut. Pomp. 13 Pompeio cum Gn. Domitium et Hiabam devicisse, litteras Roma missas esse, ut exercitu dimisso cum una legione Uticae successoris adventum expectaret. Tum milites ira in Sullam exarsisse, maximoque negotio imperatorum eorum animos molivisse; quod cum Romae exauditum esset, triumphum ei concessum (Momms. II p. 319) ipsumque ab Sulla Magni adpellatione salutatum esse. Iam plerique legem illam, quam commemoravit Salustius, latam esse censent, postquam milites Pompei in iram exarserant, set in contraria abeunt, cum alii (Pighius fast. III 270 adscitente Gerlachio) Sullam ut seuatus consultum, quo Pompeius revocatus erat, tolleretur, alii (Drum. IV p. 334 sq. N. 43) ut confirmaretur tulisse arbitrentur. Quod si Salustii verba consideraverimus, certum est *legem de reditu eius* alio modo intellegi non posse, quam legem de reditu M. Ciceronis, quam paulo antea § 3 Gellius commemoraverat, ergo Sullam tulisse, ut Pompeio cum exercitu redire liceret. Ei legi composito intercessit G. Herennius tr. pl. Quid ergo? intercessitne, cum Sulla ferret, ut consultum, quo revocatus erat sine exercitu, aboleretur? Quo tandem iure vel iuris specie illi triumphus decretus est? Tribunalium autem aut ut intercessionem desisteret, commotum — nisi forte quis huc trahere velit fr. 31 — aut legem contra intercessionem perlatam esse neque memoriae traditum nec per se veri simile est. Qua re ita rem factam esse cogitemus necesse est. Secundum legem Corneliam — si in Pompeium valuit — dimittere exercitum et successori provinciam tradere debebat, certe triumphum honorum secundum leges mores instituta petere ei non licebat. Set Sulla enim id cupere sciebat. At negando honore invenem de se optime meritum palam offendere ac laedere noluit. Quid igitur? ut ei negaretur neve ipse tamen negasse videtur, ipso legem tulit ut illi contra leges cum exercitu redire liceret, set G. Herennium comparavit, qui rogationi intercederet. Cui minime obstat, quod milites Pompei nuntio accepto ira in Sullam exarsisse memoriae proditum est. Certe enim exploratum eis*

erat, nisi Sallae voluntate tribunum non intercessurum fuisse. At Sulla speciem praec se forebat se consilio non destituisse: scilicet quod antea per tribunum facere prohibitus fuisset id libentem postea pertulisse. — Cum vero illum locum libri secundi fuisse Gelli testimonio constet, nunc veri simillimum est, Sallustium ibi eam rem commemorasse, ubi de Gn. Pompeio ad bellum Sertorianum misso enarravit?

13 [Kr. 18. G. 27]. Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, set ipsae belli promptissimos debebant.

Ars. p. 256 eam leuante: *promptus illius rei. Sal. Hist. II; Codd. diligebant.* — Cum Sallustius locutione de matrimonio iungendo apud Romanos consueti uti debuerit, haut immerito Ursinus in *mittebantur* offendisse putandus est. Neque tamen comprobo quae ipse coniecit *promittebantur* vel *tradebantur*, set audaciori medela restituendum *cutseo contocabantur*, quod cum explicatum esset in *donos alienas mittebantur*, verum verbum loco suo ciectum videtur esse.

* 14 [Kr. 19. G. 28]. Serv. ad Verg. Aen. X 271: *'referto' autem pro 'referat'; alii hic distinguunt ut sit: referat modo unus quisque facta patrum et laudes. Et secutus Sallustium hoc dicit, qui ait Hispanarum fuisse [morem], ut in bella emulius iuuenibus parentum facta memorarentur a matribus.* — Cum ex hoc fragmento haut improbabiler coniciatur, 13 de Hispanis dictum fuisse, sic ex illo hoc ex secundo libro depromptum esse. Utrum haec verba ante au post illud posita fuerint, diiudicari nequit.

* 15 [Kr. 22. G. 74]. Quis a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant, prima qui forte in manus venientis exciperent.

Serv. ad Verg. Ge. II 98: *Et Sallustius qui nit quis a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant, prima, et subaudiendum reliquit 'insidia', quod penitus dicere non possumus.* Idem de eodem loco ad Aen. XI 896: *Item Sallustius: Primaque forte (al. prima qui fronte; Dan. primoque soute forte; al. prima qui forte; primo qui f.) venientes exciperet, cum de insidiis loqueretur, quos numeri tantum pluralis esse plus quam manifestum est.* De eodem loco Charis. p. 96: *Insidiarum et insidiarum pluraliter dici debent; sed Sallustius de insidiis prima inquit et Accius insidiarum dicit.* — Non dubium quin haec de proelio ad Lauronem facta dicta, nec magis quin in libro secundo lecta fuerint. De quo proelio cum ex Livio rettulerit Front. strat. II 5, 31 (cfr. Drum. IV p. 363 n. 11), quo modo ultima verba scribenda sint, incerti haeremus. Atque illud quidem facile concedetur, quam veri simile non sit, Sallustium etiam relativum *quae* ad illum singularem subaudiendum rettulisse, cum grammaticos id notaturos fuisse in aperto sit. Recte ergo coniectum est *qui* — *exciperent*. Set quos illi, qui in prima parte positi erant, leves et ad facta bellorum aptissimi Hispani (Front.), excipere debebant? In palantes effusi sunt et convoluerant confuderuntque nihil tale expectantes. Tum qui in medio (*interius* Front.) collocati erant sentati, prius quam resisti illis levis armaturae militibus incurrentibus ineiperetur, o silva eruperunt et redeuntes in ordinem constraverunt vortantque. Denique fugientibus equites iunssi sunt, qui in remotissimo steterant. Nisi igitur in re Livi et Sallusti narrationes discrepavere,

primae insidiae non a fronte venientes excipere, set in dissipatos irrumpere debebant. Scripsi a fronte quoniam fronte venire ita dictum ut adiectivum *recta* vel simile adiectum sit legi, sine tali adiectivo neque inveni, neque ratione excusari posse puto. Quid iam? num fortissime forte venientes, quod ap. Servium extat, verum est? Quod si quis ita explicandum putet, ut dicantur 'qui forte incidere, obviam venirent', vident ne obscuritatis crimen Sallustio adlingat. Set prorsusne incredibile videtur, in Servi codicibus, qui multis modis corrupti sunt, aliquid excidisse? Hoc si concesseris, forte in manus venientis restitutum ut scriptura librorum diligentius observetur citietur simul et ut inter Sallustium et Livium conveniat.

*16 [Kr. 23. G. I 132]. Receptis plerisque signis militaribus cum Laeli corpore.

Schol. Bob. ad Cic. pr. Flacc. 6, 2 p. 235 Or. Sed eum quod patrum amirum Cn. Pompeii Laelium dicit, opinor ad tempus belli Sertoriani esse referendam, quod ibidem (Cod. quo ibidem) Laelius pater huius ab Hirtuleianis interfectus est, ut ait Sallustius receptis — corpore. D. Laelium in proelio ad Lauronem commisso, cum legione in praesidium laborantium pabulatorum subivissim, interfectum esse, compertum habemus ex Front. strateg. I. c.: sic legio quoque inter duas acies hastium cum legato suo elisa est. efr. App. b. c. I 106) p. 526 Hekk. τῆλος ὄλον — συνέχοψε. Drum. I. c. Rectissime igitur ab Kritzio hoc fragm. cum praegresso libro II adsignatum est. Set in Schol. verbis nunc illud obfudit, quod ab Hirtuleianis Laelium interfectum esse dixit, quoniam ap. Front. Octavius Graecinus et Tarquitius Priscus Sertoriani duces nominantur, non Hirtuleius; set cum fieri poterit, ut Hirtuleius ipse adesset omnibusque insidiis praefectus esset, ei dubitationi non tantum tribuendum videtur. Nec tamen illa questio reicienda est, num verba *receptis* — corpore sola pro Sallustianis habenda sint, an etiam quae praecesserint, ab eo petita censenda. Cuius igitur in extremis verbis Laeli nomen positum sit, pro quo utique expectatur pronomen, si illa cum praecedentibus continuata fuerint, veri simillimum videtur Scholiastem ultima tantum ex Sallustio adtulisse, quo Pompeium in servando occisi Laeli corpore multum operae posuisse ostenderet. Ceterum vid. ad fr. 6.

17 [Kr. 21. G. 68]. Occurrere duces et proelium adire, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent.

Non. p. 368 s. v. *sagum*, numero libri indicato. Apud eum libri *duci*. At cum membrum consecutivum luce clarius ostendat, duces utriusque exercitus suae vitae in proelio non peperisse, set ipsos ubique pugnantem adieundis et confirmasse, certum videtur quae praecedunt de utroque dieta fuisse, non de uno aut pluribus, qui duci alicui occurrissent. Qua re inmerito Gerlachius, quod concecerat *duces*, postea reiecit. Cum vero quo nexu haec cum praecedentibus contenta fuerint nesciatur, illud minus incertum, utrum *occurrere* relinquendum sit an in *accurrere*, quod sequentia verba suadent — etenim qui proelium adieundis, is accurrat ad tubantes et haerentes — committendum. Ad pugnam apud Italicam commissam haec verba spectavisse, recte iam alii observaverunt (efr. Oros. V 23. Liv. ep. XXI); in qua pugna summam fuisse certe Metelli operam testatur Frontin. strat. II 1, 2 et 3, 5. Set cum ea pugna post proelium ad Lauronem commissum facta sit (Drum. IV p. 366), quo iure hoc fr. post 14 et 15 collocaverim facile intelletur.

*18 [Kr. 21. G. 44]. Inter laeva moenia et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.

Priscian. V p. 143: *quod autem 'Turia' et similia fluminum nomina masculina sunt, ostendit etiam Sallustius in 'am' terminans eius accusativum in II historiarum: inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam, nam si esset aentrum, similis esset accusativus nominativo. Id. VI p. 201: ergo 'Capsa' quoque et 'Thala' oppidum et 'Tirimila' similiter figurate feminina neutris sunt coniuncta. unde Sull. in II hist. inter laeva — praeterfluit, 'Turiam' dixit, qui accusativus masculini est, non neutri. Decepti relativo quod sequitur. Prob. p. 105 et Phoc. p. 324 *Turiam* ab Sall. pro neutro habitum esse rettulerunt. — Non dubium est, quin haec pertineant ad pugnam apud Valentiam et Turiam (Guadalquivir) commissam, qua Pompeius G. Herennium interfecit, G. Perpennam fugavit (vid. ad II 56, 6. Drum. IV p. 366) quod proelium quo minus cum Th. Mommsenio III p. 25 ante pugnam ad Lauronem commissam factum putemus, obstat Appiani testimonium b. c. I 109 p. 526: ἀγαρχήρον δ' ἐς Ἰβηρίαν ἀντίρξα ἐστ. — Quamquam Prisciani libri *moenium* tuerentur, tamen *moenia* rescribere ausus sum. Nava genitivum cum neutro adiectivo plur. ita tantum coniunctum esse, ut partes totius alienius rei dicerentur, satis ostendunt exempla a Kritzio ad Cat. 59, 2 p. 314 ed. pr. congesta, hoc autem loco necessario exprimentum fuit, non laevam moenium partem ab altero latere fuisse, set moenia ad laevam i. e. laeva, ut flumen dextrum.*

19 [Kr. 25. G. 69]. — avidis atque ita promptis ducibus, ut Metellus ictu tragulae sauciaretur.

Non. p. 270 s. v. *saucius* ex lib. II et p. 381 s. v. *tragula* set ex libro III. Priore loco in libris est *avidisque ita promptis*, altero *avidissimis atque promptis*, unde Kr. *avidis ita promptisque*, Gerl. *avidis ita atque promptis*: mihi atque ita veri simillimum visum, set duo in incerto relinquam, primum annon *avidissimis* scribendum sit, alterum, utrum genitivus gerundii praecesserit, an *avidus* Sallustius absolute dixerit de pugnandi et configendi cupiditate. — Quin haec de pugna ad Saguntum facta dicta fuerint, dubium non est Plutarchi testimonio Sertor. c. 21; cfr. Drum. l. c. p. 368.

*20 [Kr. 26. G. 70]. Set Metellus in vulnere.

Donat. ad Ter. Andr. II 1, 10: *'Set' ineptum pro 'atque eorum Pamphitum' ut Sallustius: sed — in vulnere.* Rectissime hoc fr. editores praecedenti adiunxerunt, non est quod exponam.

*21 [Kr. 27. G. 60]. Saguntini, fide atque armis inclati praemortalibus, studio maiore quam opibus, quippe apud quos etiam tum semirutae moenia, domus interclae parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant.

Adfert Hieronymus comm. ad Habac. 2, 9 vol. VI p. 617 ed. Vallars. ex Historiis, libri numero non indicato. Set quia de Saguntinis haec Sall. dixerit, ubi de proelio in urbis eorum vicinia facto narravit, dubium non est. Ceterum *inclati praemortalibus studio maiore* ex ma. Regione emendatum est, cum reliqui libri exhibeant: *per mortaliatum studium maiore*; nec minus recte pro *quippe quis scriptum videtur quippe apud quos*. Per se autem intellegitur verba *studio maiore quam opibus* cum praecedentibus coniungi non posse, set relata fuisse ad ea, quae sequuntur, quae dolemus perisse: atque in propatulo suspicio est, hanc fuisse sententiam, Saguntinos etiam bello Sertoriano Romanis deditissimos fuisse, nec vero opibus eos adjuvare potuisse. Quae enim ita sint, haec

verba fortasse ante 18 et 19 ponenda. Set obfendo in *intectae*, quod vocabulum sic dictum nusquam legi; semper enim est aut tegumento enreus, aut patens et apertus. An igitur *sine tectis* scribendum?

* 22 [Kr. 28. G. 56]. Cum Charis. p. 113 haec scribat: '*Saguntinorum*' *Coelius*, Sagnulium *Sallustius*, ut *Pantus* in *Coelii historia lib. I notat*, nullo loco aptius videbatur hoc fragmentum poni posse, quam proxime a praecedente.

* 23 [Kr. 29. G. 54]. At Metellus in ulteriorem Hispaniam post 1 annum regressus magna gloria concurrentibus undique virile et muliebres secus per vias ac tecta omnibus visabatur. Eum quaestor 2 G. Urbicus aliique cognita voluntate eum ad coenam invitaverant, 5 ultra Romanorum ac mortalium etiam morem curabant exornatis aedibus per antea et signa scenisque ad ostentationem histrionum

Totum hoc fragmentum extat ap. Macroh. Sat. II 9, ubi haec praemissa sunt: *Ergo hoc praetermissio ad viros cuncto triumphales, quos victores gentium luxuria viciit, et ut taceam Tiurgitum, a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutus ritia primoris compensavit otatis, Metellus Pius in quom foream luxuriae et superbiae successum continuatione pervenit? Et ne nullis morer, ipsa de cu Sallustii verba subieci.* Eadem expressit Photarehus Serf. r. 22: *Ἐτι δὲ νικῆσας ποτὲ μάχη τῶν Σερτάριον οὕτως ἐπήρθη καὶ τῆν εὐτυχίαν ἰγάπησεν ὥστε ἀντοκρατορ ἀναγορευθῆναι, θνασίας δ' αὐτὸν αἱ πόλεις ἐπιφοιτῶντα καὶ βωμοὺς ἰδίχοντο. Αἰχεται δὲ καὶ στεφάνων ἀναδίσεις προσίσσθαι καὶ δείπνων σοβαρωτέρων ὑποδοχάς, ἐν οἷς ἰσθῆτα θριαμβικῆν ἔχων ἔπινε καὶ Νίκα καὶ πεποιημένα δι' ὀργάνων ἐπιδρομῶν χορῶτα τρώπαια καὶ στεφάνων διαφέρουσαι κατήχοντο καὶ χοροὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἐπινηκίους ὕμνων ῥῶον εἰς αὐτὸν.* Cum vero ex App. b. e. I 111, Liv. Epit. XCIII eumpertum habeamus Metellum hiemem a. 71 (680) in ulteriore Hispania transgressisse, quaeritur, annon complura fragmenta ex eis, quae postea recenscho, hoc praecesserint.

TEST. SCH. 1—3. Non. p. 151: *Secus masculini generis esse manifestum est. Neutro Sallustius dicit Historiarum lib. II: at Metellus in ulteriore Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique virile et muliebres secus per vias et tecta omnium visabatur.* — Charis. p. 80: *Secus neutri generis est nomen, unde et Sallustius virile secus dicit, hoc est virilis secus, quod per omnes casus integra forma declinatur.* — Probus p. 121: '*Secus*' duas res significat, *adverbium separandi: 'Haud secus ne iussu faciunt' et scrum, Sallustius: virile ne muliebres secus.*

VAR. SCH. 2. Kritz. et Gerl. ediderunt: magna gloria concurrentium — omnium, in quo et gloria insipienter dictum de officiosa honore significatione obfendit et omnium ita nimis remotum. Qua re cum Macrobi eodd. concurrentibus exhibent hoc recipiendum et omnibus emendandum putari, et Maer. libri. ne Prob. — 3. Cum Maer. libri. Quom Gerl. al. — 4. eum ad Maer. libri. eum ad Gerl. al. invitavissent vel invitassent Maer. libri. Set recte iam ab editaribus emendatum est invitaverant. Cum enim de re nan semel set nullis temporibus facta dicatur utique requiritur indicatus et ita demum recte dicitur ad coenam, atter pluralis requiritur. — 5. ac Maer. libri. valq. et. — 6. insignia libri. signa Clacc.

fabricatis: simul croco sparsa humus et alia in modum templi celebrantur. Praeterea tum sedenti transema demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat, tum venienti ture quasi deo subplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei adcumbenti: epulae quaesitissimae, neque per omnem modo provinciam set trans maria ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plurima genera. Quis rebus aliquantam partem gloriae dempserat, maxime apud veteres et sanctos viros, superba illa gravia indigna Romano imperio existimantes.

7 sq. Serv. ad Verg. Aen. IV 488: *Traiecto extento, unde 'transenna' dicitur extensus funis. Sallustius: [Transenna demissum victoriae (al. victoris) simulacrum cum] machinato strepitu transema corona in caput (Lips. capiti) imponebatur (Guelf. I in capite imponebat. Al. strepitu tonitruum coronam capiti imponebat). — Non. p. 122: Transenna non ut quidam putant transitus, sed est fenestra. — Sallustius Hist. lib. II: transema demissum victoriae simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti imponebat. — Id. p. 106: Dimittere desuper mittere. — Sallustius Historiarum lib. III (sic!): cum machinis (machinae mss) strepitu demissum Victoriae simulacrum coronam capiti imponebant.*

2. *Vulg. cum sedenti. Set quotiens per eum — tum semper ita duo disinguntur ut prius iulius patet, alterum magis eferatur, hoc vero loco de rebus pronisue factis sermonem esse inde adparet, quod sedenti praemisum est, nemo autem prius sedet quam velit, facilitate mihi restitui posse visum est tum — tum, in transema Macr. libri. demissum antiquum mendium esse Nonius ostendit. — 3. coronam ei imponebat Macr. ed. Bip. — 5. ei om. Macr. ed. Bip. epulae vero exquisitissimae Macr. ed. Bip. — 6. Nonne transmarina? — 7. plura libri. Quis Bip. quibus Kr. et Gerl. — 8. demiserat libri. demiserat recte Bip.*

*24 [Kr. 30. G. 23]. Set Metellus in ulteriore provincia.

Donat. ad Ter. Phorm. I 4. 15: *'Sed' pro 'ergo', ut sit: ergo ubi Antiphonem reperiam? An 'sed' finis superioris sententiae est? ut Sallustius sed — provincia. Ex quibus cum certum sit, haec Sall. verba cum praegressis aliis copulata fuisse, nec veri dissimile ea claustrum fuisse membri, in propatulo suspicio est, ea dicta fuisse de hibernis a Pompeio in Gallia, ab Metello in Hispania ulteriore agundis.*

25 [Kr. 31. G. 30]. Quem ex Mauritania rex Leptasta proditiouis insinulatum cum custodibus miserat.

Prise. V p. 143: *vel contra apud Graecos in 'as' inlenientia vel in 'es' apud nos in a terminant, ut — 'Leptasta'. Sallustius in II historiarum: quem — miserat. — Mauritania r. mauretania RA. — Quamvis res obscura sit, tamen cum Sertorium constet regi Mauritaniae adversus Aescalim. Iphthae filium, regnum adfectantem auxilium tulisse (Plat. Sert. c. 9), non prorsus reicienda est suspicio, regem Mauritaniae legatum, quem proditiouis insinulabat, viuetum ad Sertorium misisse.*

26 [Kr. 32. G. 29]. Ut alij tradiderunt Tartessum, Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrri mutato nomine Gaddir habent.

Prisc. V p. 154: *unum proprium civitatis invenitur 'Gaddir' — quod quidam femininum esse putaverunt, sed Sallustius neutrum esse ostendit in II historiarum acensatium nominativo similem ponens: ut — habent: nam si esset femininum 'Gaddirum' dixisset —*; quae eisdem fere verbis idem repetit VI p. 231. Singula verba si diligenter perpenderitimus, eius potius loci fuisse videbuntur, ubi de veteribus Hispaniae (fortasse Baeticae) incolis expositum erat, quam de re bello Sertoriano gesta.

27 [Kr. 33. G. 37]. Ante quam egressus Sertorius instruere pugnae suos.

Arus. p. 237: *instruitur huic rei. Sallust. Hist. II. Aut intraeret conrigendum, aut sic statuendum: grammaticum constructionis exemplum protulisse satis habentem, reliqua omisisse. De qua pugna haec dicta fuerint, frustra quaesivi.*

28 [Kr. 31. G. 52]. Titurium legatum cum cohortibus quindecim in Celtiberia hiemem agere inssit praesidentem socios.

Arus. p. 252: *Praesidet illam rem. Sallust. Histor. II. Titurium utrum Pompei an Metelli legatus fuerit nescitur, Sertorii legatum non fuisse satis certum videtur.*

29 [Kr. 35. G. 98]. Hi saltibus occupatis Termestinatorum agros invasere frumentique ex inopia gravi satias facta.

Non. p. 117: *Satias pro satietas. Sallustius Historiarum lib. II — In saltibus libri, unde lamudum hi emend. — occupatus duo libri. occupatis rel. — Termestinatorum liber unus; termestinatorum alius; tamen externorum cod. H. Gerl. tum externorum Merc. Termestinatorum Lips. ad Tac. ann. IV 45, 1, quae ingeniosa emendatio nonnihil munimenti eo necipit, quod Termestam (vid. Mannert. I p. 385) Sertorio amicissimam fuisse ex Flor. II 10, 4 constat; nec minus hieme a. 74 summam frumenti inopiam in Romanorum exercitu fuisse conpertum habemus (Drom. IV p. 370).*

30 [Kr. 36. G. 66]. Ad hoc rumoribus adversa in pravitate, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando contrumpebant.

Non. p. 261: *rumor, ut plerumque, opinio est. Sallustius Historiarum lib. II. Verba pertinuisse ad mendacia ab nobilibus Romanis duci Sertorio invidentibus sparsa (Plut. Sertor. c. 25) recte iam Dehrossius indicavit. Cum libri Non. ad hoc exhibeant, miror quod Kritzius ad haec retinuit; set idem recte observavit, deesse obiectum verbi *contrumpebant*, quod fortasse ante *ad hoc* positum fuit.*

31 [Kr. 38. G. 85]. Nisi qua flumen Clarda Tauro monte defluens.

Prisc. VI p. 202: *plurima tamen non solum in Africa sed in aliis etiam regionibus nomina fluviorum in a inventantur desinentia. — Sallustius in II historiarum: nisi — defluens. — Quamquam quae Prisciiani libri tenent, praeter Vat. qui *qua* exhibet, et difficile est id verum esse negare, cum quo nexu verba dicta fuerint ignoretur, tamen *qua* restituendum putavi, quod cum sententiam ad negativam aliam relatum fuisse adpareat, veri similis videbatur de regionis natura dictum fuisse, quae ubi fluvius*

deflueret, alia fuerit, atque aliis locis. Sed de nomine fluvii parum constat. Volgo edebatur *Durda*, ut Prisc. A et aliquot Krehlii exhibent et fortasse ante eor. H habuit. Sed *Clurda* q̄ Vat. m. alt. *clardia* D. *clua* Vat. *lurda* Bb. Hertzius igitur, qua eximia est doctrina, eundem fluvium esse videri monuit, atque qui apud Plin. H. N. V 21, 108 nominatur: *Fuit in eo tractu et Macandropolis. Est Eumenia Clurda fluvii adposita*. Ex tribus oppidis, quae eo nomine fuerunt (Steph. Byz. s. v. p. 126 West.), Plinius aperte Eumeciam Phrygiae regionis intellexit (Strab. XII p. 576 C. 810 Mein.). Ea sita fuit, ubi nunc Ischakli, ibique fluvius Sendyklutsehai in Macandrum infuit. Planities alteram partem paludibus obsitam esse Hamiltonus narravit (vid. Koch der Zug der Zehntausend p. 18). Nam igitur fortasse Sallustius narraverat eam planitiem fertilem esse, nisi qua fluvius Clurda (cuius nomen in Sendyklutsehai tertia syllaba servatum videtur) Tauro monte defluens paludem efficeret? Sed illa incerta; hoc certius, cum Priscianus verba illa libro II de prompta esse testatus sit, eo libro bellum a P. Servilio in Pisidia confectum narratum fuisse ex eoque loco illa petita esse.

*32 [Kr. 40. G. 93]. Lyciae Pisidiaeque agros despectantem.

Serv. ad Verg. Aen. I 420: *Aspectat; rei insensibilis dat sensum. Unde est illud in quarto de Atlante. Item Sallustius: Lyciae — despectantem*. Cum ex Servii verbis appareat haec dicta fuisse de loco, super Lyciam et Pisidiam sito (qui ubi esse potuit, nisi in monte Tauro?), eumque ex praegresso fragmento haut sine aliqua specie veri coniciatur, in libro II de natura illarum Asiae minoris regionum plura exposita fuisse, aon dubitavi obsequi viris doctis, qui ea libro II adsignari et eum fr. 31 coniungi inusserunt.

33 [Kr. 41. G. 76]. Eodem anno in Macedonia G. Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardanium quibus potuit modis pecunias Appio dictas coegit.

Non. p. 192 ex lib. II adfert, quo *dicere* pro promittere dictum esse ostendat. G. Scribonius Curio in provinciam Macedoniam a. 75 Appio Claudio mortuo profectus est (Oros. V 23. Eutrop. VI 2. Momms. III p. 35). — Nivaisne subtilis videor, cum Sallustium *ex Macedonia scribero* debuisse contendere? Quod in plerisque libris Nonii deest, *modis* Carrio ex vet. cod. recte subplevit.

34 [Kr. 44. G. 79]. Ut actione desisteret.

Pauca haec verba ex lib. II Arus. p. 224 commemoravit exemplum locutionis *desisto haec re*. Dieta fuisse vel de tribuno quo minus plebem contionibus agitare deterrito, vel de aensatore ut causam abiceret commoto in propatalo est.

- 35 [Kr. 45. G. 80]. Quem corpore et lingua percitum et inquietum nomine histrionis vix sani Burbuleium adpellabat.

Aduit Priscianus VI p. 213, quo *inquietus* pro *inquietus* dictum esse ostenderet. Scimus autem ex Valerio Max. IX 11, 5 et Cic. Brut. 60, 216 sq. G. Scribonium Curionem, eos. a. 76, a Gu. Siciuio propter vacillationem corporis consuetam exagitatum esse. Cum igitur ad eam rem haec verba pertinuisse adpareret, quem quod coniecit Coler. ad Val. Max. l. c. probavi (*Qui L. quia* rell.), itemque *adpellabat* pro eo, quod R exhibet, *appellabant* retinui.

*36 [Kr. III 83. G. III 1]. Collegamque eius Octavium mitem et captum pedibus.

Arus. p. 213: *Kaptus hac re.* — *Sat. Hist.* III: collegamque — pedibus. Nullum illis temporibus, de quibus Sall. his libris scripsit, novimus, nisi Gn. Octavium, G. Scriboni Curionis in consulatu conlegam, quem sciamus Sicinio ausam dedisse perstringendi Curionis (Cic. Brut. 60, 217. Quat. XI 3, 129). Cum igitur quia ad hanc rem illa verba pertinuerint dubitari vix posse videatur, utrum veri similis, ap. Arusianum in libri numero erratum esse, an, id quod Kritzius statuit, Sallustium diaecitatis Sicini exemplum ex superiore anno in libro III repetivisse? Ceterum quamquam diu multumque in vocabulo *mitem* haesitavi, — quippe eum animi habitum exprimeret, minus apte cum *pedibus captum* coniungi videbatur et expectabam *hominem mitem* — tamen vocabulum, quod morbo affectum significaret quodque pro *mitem* cum aliqua veri specie restitueretur, non inveni.

*37 [Kr. 46. G. III 3]. Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.

Non. p. 43: postquam rubulam dictum esse a rabie, qui tum advocatus vel caussarum patronus dicebatur, Ciceronis exemplo Or. 15, 47 ostendit, pergens: *inde et Sathstius*, quae supra posui verba, addidit. Laet. inst. VI 18, 26: *set quia ipse caninum illam facundiam, sic ut Sathstius ab Appio dictam refert, exercuit*. Eadem saepius commemoravit Hieronymus Ep. CXIX (152) l. CXXV 16, CXXXIV l. adv. Iulian. T. II ed. Vallars. p. 171. Nec neglegendus locus Quintil. inst. or. XII 9, 9: *ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, cognituram male dicendi subire*. Cfr. praeterea Isid. de summo bono III 60: *antiqui forenses eloquentiam caninam facundiam nuncupabant eo quod caussidici in certaminibus caussarum, omnis quae agunt, veluti canes adversum se latrant iurgique caussarum ad iniurias commutant*. Sallustium ergo Appi cuiusdam dictum, *canina facundia*, — nam uti membra *ut ait Appius* apud Non. et Quintil., quodque pro eo Laetantius scripsit, conlocatum est, exerevere verbum ab eodem repetitum fuisse credibile non est — transulisse adparet ad hominem in dicendo rabiosum. Cum igitur praegressum fragm. ostendat, eum in lib. II de Sicini lupudentia dixisse (de qua cfr. etiam Plut. Crass. c. 7), non video, quo argumento refellatur ei, qui ad eundem haec quoque verba referenda esse suspicienti sunt. Nam ut in ipsum Sicinium dictum illud ab Appio iactum fuisse statuamus, satis idonea causa non est. Set obscurum est qui Appius eius locutionis inventor fuerit. Ac duo quidem Appii Claudii, quos Drum. II p. 181 nr. 26 n. 76 videtur confudisse, ob dicta commemorantur, alter maior natu cum summa laude de or. II 70, 284 n. u. a. C. 107, alter enim scurrilitatis reprehensione ibid. 60, 246, quem tum, eum libri de oratore scripti, adhuc superstitem fuisse ostendunt verba *ut iste, qui se vult dicentem et nehercule est, Appius, set nonnumquam in hoc vitium scurrilè detabitur*.

His iam subinangam fragmenta ex folio palimpsesto Toletano, quod ab Hehlio repertum, Livi putans fragmenta, edidit Pertzius Berol. 1818, tractaveruntque Kreyssigius Comm. de T. Liv. Hist. reliquiis ex Palimpsesto Toletano erutis 1849 et Curis secundis 1852, Mommsen Berichte der Gesellsch. d. Wissensch. zu Leipzig II 3 p. 196, Henschkins Ztschr. f. geschichtl. Rechtswissenschaft XV 3 p. 273, Weissenborn praef. ad Liv. vol. VI p. 15 sqq. Bergk Zeitschr. f. d. Alterthw. X p. 880, Sallusti ea fragmenta esse demonstrarunt Roth. Mus. Rheu. VIII 433 et Heerwagen in Kreyssigii epistola ad Frid. Kritzius de G. Sall. Crispi Histor. lib. II reliquiis ex Pal. Tol. erutis. Miscuae 1852. Efügiem Kritzius editioni Fr. adinngendam curavit. Quoniam autem folium illud

ita scriptum est, ut in aversa p. ab sinistra reliquias linearum habeat, a dextra plenas, itemque in aversa a sinistra pleniore, a dextra iuncta linearum, codicem ita scriptum fuisse adparet, ut binas pagina columnas haberet. Cum enim col. IV contineat initium orationis Cottae, si col. I ei aversa fuisset, deberet eius continuationem continere, quod non ita esse quisvis videt.

38. Palimps. Tolet. col. I.

JERAT
SPECTA
LLIN
RATDEI
5 TATASQ
QUOR
DAEET
TAERO
ETUM
10 TOTLE
RUH

..... uerat specta illi in
..... rat dein tasque quorum
..... dae et taero e tum.

Relicua legere me posse desperavi, nec magis ex tam exiguis particulis integram sententiam efficere.

39 [Kr. 47. G. 101]. Palimps. Tol. col. II.

PQLENTULUSMARCEL
FODEMACTOREQUAEST
IN NOUAMPROVINCI
CURENASMISSUSESTC
5 EA...O...TUIREGISALIC
TESTAMENTONOBISD
PRUDENTIOREQUAM
PERGENTSETMINUSG
RIAEALIDHIMPERIOCC
10 NENDAFUITPRAETERI
UERSORUMORDIN

Publiusque Lentulus Marcelinus eodem auctore quaestor in novam provinciam Curenas missus est quod ea mortui regis Apionis testamento nobis data prudentiorem quam illas per gentis et minus gloriae avidi imperio continenda fuit. Praeterea divorsorum ordinum

Lineae II litterarum inferiores partes exesae sunt. Illud non neglegendum, ex reliquis particulis folii cognosci, lineas non prorsus parvas fuisse. — 1. P Pertzins pro paragraphi signo habuit et legit Q. Lentulus Marcelli f. Publiusque Lentulus Marcellinus Momms. p. 197. Kreyssig

eur, sec. p. 7. — 2. *auctore* Kreyszig comm. p. 19. Omnia quae his fragmentis continentur, ad res Romae a. 75 gestas pertinuisse recte Rothius et Hoerwagenius demonstravere. — 4. *quod* Pertzius subplevit. — 5. *Apionis* id. — 6. *data* id. — 7 et 8. *quam inle pergentis* Pertzius, *quam illas per gentis* Kreys. Cereias tunc obtinuisse Nicocraten et Leandrum tyrannos ex Plat. de mul. virt. c. 19 ab Kr. monitum est. — 9. *imperio componenda* Pertz. *imperio continenda* Kreys. comm. p. 22. — 11. *praeter ea diversorum ordinum* Pertz. Kreys. comm. p. 22 *praeterea diversorum ordinum certamina exarserunt*. Kritzius vero negavit ita transitum ad civilis Romanorum discordias fieri potuisse, set nonne haec verba ad *eandem auctore* referuntur?

40 [Kr. 49, G. 102]. Palimps. Tol. col. III.

SSAETITIA QUAREFATI
 TAPLEBES FORTECONSUS
 AMBOQ' METELLUM CUI
 TEACRETICOCOGNOME
 5 BUEI CANDIDATU' I
 NETORIUM SACRA VIA DE
 CTIS CUM MAGNO TU
 ILTUMNUADITEUGIEN
 } SECUTA AD OCTAVI
 10 MQ' PROPRIOREERNJI
 *****UMPERCE

..... is saevitia, qua re fatigata plebes forte consules ambo Q. Metellum cui postea Cretico cognomentum fuit, candidatum praetorium, sacra via deducens cum magno tumultu invadit, fugientisque secuta ad Octavi domum quae propior erat.....um pervenit.

1. *intolerabilis saevitia* Pertzius, de nobilium in plebem saevitia dictum ratus; *famis saevitia* Kr., qui tamen nimis acute haec cum fr. 51 consocianda putavit. — *fatigata* explendum esse in propatulo est, nec minus 2 *consules ambo*, 4. *postea*. — 3. *atque Q. Metellum* Kreys. *Quintumque Metellum* Weissemboru. — 5. *cognomen inditum* et Kreys. Kritz. *cognomentum fuit candidatum* Hoerw. probante Kreys. Ep. p. 11 et 17. Cum in palimpsesto Tubique U scriptum sit, I autem proxime adcedat ad E (E) similitudinem, utraque emendatio ab litteris habet, quo commendetur. — 6. *candidatum praetorium* legendum esse certum est; set postea Pertzius *de testis*, quod ferri nequit. *deductos* Kritz. Ille vero vir doctissimus quattuor viros nobiles ab plebe infestatos esse statuit, quippe cum negaret Q. Metellum, postea Creticum cognominatum, illo anno, quo L. Octavius, G. Aurelius Cotta consules fuere, candidatum praetorium fuisse. Set enim Metellus ille, cuius ne parentes quidem novimus (Drum. II p. 50), a. 69 eum Q. Hortensio consul fuerit, certe igitur a. 72 praetoram ab eo gestam esse (Drum. p. 51) veri simile sit, plusve valet opinio talem virum repulsam ferre non potuisse aut quo minus a petitione desisteret motum non esse, quam antiquum certum testimonium? Nam lin. 5 nihil profecto est quod et legere cogat, eoque minus, quod si quattuor fuissent, quartus certe sine copulativa particula adiungi debebat. Praeterea quam ob causam hos quattuor viros, inter quos ali-

quam intercessisse necessitudinem scriptor certe non significavit, quippe qui ne nomen quidem candidi illius praetorii commemorare aut voluisset aut quivisset, et a quibus per suam vim deductos stituimus? Scilicet hic mos apud Romanos fuit, ut qui petitioni alicuius faverent, eum de foro deducerent. Cum igitur *Pal. de etis* exhibeat, quod autem e lectum est, facile possit pro litterae a extrema linea haberi, si oscitationi librari nihil prorsus tribuendum videatur, quid veri similis, quam *deducentis* scribendum esse, quo recepto omnia rectissime dicta sunt. — 8. *tuavolta minis invadit* Huschk. mp. Kreyss. ep. p. 18. *M* ex librari errore natum esse iamdudum omnes intellexerunt. — 9. *fugientemque* Pertz. *fugientisque* Kreyss. Octavi domum eandem fuisse, quae postea Scauri (Ascon. ad Cic. pr. Scauro p. 27 Orell.), docte monuit Kreyss. — 10. *qui pro praetore erat* Pertz. *quae propter erat* Kreyss. conu. p. 29. — 11. *in propugnaculum perveit* Pertz. *inipenti pugna civium perveit* Huschk. l. c. p. 277. *in elus coenaculum perveit* Kreyss. cur. sec. p. 21. *in Palatium* Wagner. Aet. gym. IX p. 195 sq. *Mulim in ipsam vestibulum perveit*.

41 [Kr. 50. G. 103]. Palimps. Tol. col. IV.

PAUC
 UETER
 CUPIT
 UALIN
 5 INCO
 IERU
 MIHI
 TIAEC
 AEQ
 10 BIPA

In prioribus lineis quamquam nonnulla vocabula dignoscuntur, velut adiectivum *paucus*, *vetus*, *cupit*, tamen inde sententiam effici posse omnes desperavere. Sed animi causa habet mihi quae in mentem venire, dicere. Relata videntur fuisse quae tribunus pl., qui G. Cottae diem dixerat, in contione protulit. Ostendisse eum autumo paucitatem frumenti, portus *veteres* a piratis occupatos, [omnia] flumina *vana* flatribus. Quae secuntur, recte iam ab Kreyssigio subpleta sunt hoc modo: *dein Cotta in hunc modum disseruit*, quippe eum Priscianus XVIII p. 305 Sallustium *in hunc modum disseruit* dixisse pro 'hoc modo' testetur, Heerwagen: *hoc modo disseruit*, Roth. l. c. p. 439 *in contione hoc modo disseruit*. Reliqua sunt

orationis G. Cottae consulis ad populum Romanum.

1 Quirites, multa mihi pericula domi militiaeque, multa adversa
 fuere, quorum alia toleravi, partim reppuli deorum auxiliis et vir-
 tute mea: in quis omnibus nunquam animus negotio defuit, neque
 decretis labos: malae secundaeque res opes, non ingenium mihi
 2 mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna dese-

VAR. SCR. 1. militiaeque \mathfrak{B} *idemque Pal. testari videtur*. militiae Cort. — 2. toleravi *Pal.* — 3. nunquam \mathfrak{B} . *Vat. Bong.* neque *volg. post Ald. prior.* — 4. labos \mathfrak{B} .

ruere. Praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat, cui
 misero acta iam aetate ne mortem quidem honestam sperare licet.
 Nam si parricida vestri sum et bis genitus hic deos penatis meos 3
 patriamque et summum imperium vilia habeo, quis mihi vivo eru-
 5 ciatus satis est aut quae poena mortuo? quin omnia memorata
 apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adolescentia in 4
 ore vestro privatus et in magistratibus egi: qui lingua, qui con-
 silio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam fa-
 cundiam neque ingenium ad male faciendum exercui: avidissimus
 10 privatae gratiae maximas inimicitias pro re publica suscepi: quis
 victus cum illa simul cum egenus alienae opis plura mala expecta-
 rem, vos, Quirites, rursus mihi patriam deosque penatis cum in-
 genti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus vi- 5
 dear, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita et
 15 mors iura naturae sunt: ut siue dedecore cum civibus fama et
 fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur.

Consules nos fecistis, Quirites, domi bellicae impeditissima 6
 re publica. Namque imperatores Hispaniae stipendium milites, arma
 frumentum possunt: et id res cogit, quoniam defectione sociorum
 20 et Sertori per montis fuga neque manu certare possunt neque utilia
 parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis 7
 aluntur, Macedonia plena hostium est, nec minus Italiae maritima
 et provinciarum, cum interim vectigalia parva et bellis incerta vix
 partem sumptuum sustinent: ita classe, quae comaeatus tuebatur,
 25 minore quam antea navigamus. Haec si dolo aut socordia nostra 8
 contracta sunt, agite ut monet ira, supplicium sumite; sin fortuna
 communis asperior est, qua re indigna vobis nobisque et re publica
 incipitis?

TEXT. SCR. II. Charis. Exc. p. 549 ed. Keil.: *et hulus opis Teren-
 tius* (Phorm. III 3, 20) *et ab hac ope Sallustius II: cum egenus alienae
 opis plura mala expectarem.*

2. acta iam aetate ℞, senecta iam aetate *Carrio*, *adductus eo. quod
 Serv. ad Verg. Aen. XI 165 senecta iam aetate ex Sall. laudavit.* cui
 misero, seni, acta iam aetate *Döderl. Syn. IV p. 94.* — 5. quia omnia
 ℞, cum omnia *Cort.* — 6. supplicia ℞, adolescentia ℞. — 8. callidam
 facundiam *omnes libri.* caninam facundiam (*efr. fr. II 36*) *Carrio.* — 10.
 quis victus ℞, qui victus *Cort.* — 11. expectarem ℞. — 12. deosque
 penatis ℞, deos penates *Cort.* — 15. iura ℞, iure *Vat. 2 et Ven. ed.*
 ut *libri.* ubi *Cort.* uti *Gerl.* — 20. iactis ℞. — 21. sumptum ℞, quae
 comaeatus tuebatur ℞, qua comaeatus tuebatur *edd.* — 25. antea ℞,
 ante *ed. Kr.* — 26. sunt agite utmonet ira ℞, sunt uti monet *Cort.*
 agite uti libet et ita *Carrio.* agite et uti libet ita *Wets.* fortuna com-

9 Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si
 quid ea vobis incommodi demitur: neque mox in senio corporis
 10 honestius quam pro vostra salute finem vitae fecerim. Adsum en
 Gaius Cotta consul: facio quod saepe maiores asperis bellis fecere:
 voveo dedoque me pro re publica. Quam deinde cui mandetis
 11 circumspicite: nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortu-
 nae et maris et belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter mo-
 12 riuendum sit. Tantum modo in animis habetote non me ob scelus
 aut avaritiam caesum, set volentem pro maximis beneficiis animam
 13 dono dedisse. Per vos, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate
 14 adversa, et consulite rei publicae. Multa cura summo imperio
 inest, multi ingentes labores. Quos nequiquam abunitis, et pacis
 opulentiam quaeritis, cum omnes provinciae regna, maria terraeque
 aspera aut fessa bellis sint:

nimis $\text{\textcircled{B}}$. communis fortunae *Cort.* — 2. mox ingenio corporis $\text{\textcircled{B}}$. ingenio corpori *Urs.* ingenui corporis *Cort.* in senio corporis *Orell.* quam coniecturam nollem postea ipse abiecerit. Ingenium corporis natura corpori ingenua quin recte dicatur non dubito, set utique de sorte corpori destinata, et intereat et emoriatur, id quod hoc loco requiritur, dictum non modo mirum, verum etiam inauditum esset. Fateor autem mihi magis placere imperio corporis; quippe qui naturalem mortem abit, quasi iussu corporis vitae finem facit. — 3. adsum $\text{\textcircled{B}}$. nsum volg. — 7. maris $\text{\textcircled{B}}$. pacis *edd. ante Carr.* — 9. volente $\text{\textcircled{B}}$. — 10. Per vos Quirites $\text{\textcircled{B}}$. per vos igitur Quir. *Abt.* — 11. adversa $\text{\textcircled{B}}$. — 12. nequiquam $\text{\textcircled{B}}$. et pacis $\text{\textcircled{B}}$. sed pacis *Link.*

* 42 [Kr. 51. G. 82]. Legis per G. Cottam latae mentionem fecisse Sallustium, testari videtur *Ascon.* ad *Cic. Cornel.* p. 66 ed. Or.: *Nam neque apud Sallustium neque apud Livium neque apud Fcnestellam ullius alterius latae ab eo legis mentio praeter eam, quam in consulatu (Sic *Madv.* lib. in concione) [tulit repugnante] nobilitate, magno populi studio, ut iis (lib. his) [qui tribuni plebis] fuissent, alios quoque magistratus [capere] liceret (lib. et aliter et), quod lex a dictatore L. Sulla paucis [annis ante] lata prohibebat (lib. perhibebant).* Quod ubi factum esse censebis nisi in eo libro, in quo de Cottae consulatu narratum fuit?

* 13 [Kr. 52. li. 77]. Venti per cava terrae citati, rupti aliquot montes tumulique sedere.

Isid. Or. XIV 1, 2 p. 433 ed. Otto: *Cuius motum afit dicunt ventum esse in concavis eius qui motus eam moeret: Sallustius: Venti — sedere. Ibi venti per cava terrae praecipitati rupti* *Arv.* *ventis per cava terrae citatis* *al. cava Gu.* 3. 4. *venti per concava terrae praerupti* *Gu.* 1. *citati rupti* *Gu.* 4. *venti per concava terrae praecipitatis* *volg.* Inde Otto *conl-*
ventis per concava terrae praecipitatis, idque *Kritzii*, partim etiam *Get-*

luchius comprobavere. Et sane quae apud Isidorum praemissa sunt eis doceri videtur, causam terrae motus Sallustium ventis per cava eius rucitibus tribuisse. Set Servius ad Verg. Ge. II 479: *Atii dicunt ventum esse in concavis terrae, qui motus etiam terram movet. Sallustius: venti per cava terrae citati* nominativum tuetur neque si Sall. in eis, quae in motu terrae fiunt, primo loco ventos illos posuerit, quidquam obstat quominus grammaticos inde conclusisse statuamus, cum quoque scriptorem ventos motus terrae causas putasse. Iam vero Iul. Obsequens de prod. c. 120, de motu terrae quo anno 76 Reate oppidum concussa est, haec tradit: *Reate terrae motu aedes sacrae in oppido agrisque commator, sacra quibus forum stratum erat discussa, pontes interrupti, ripae labentis fluminis in aquam prorabuae, fremitus inferni exauditi, et post paucos dies quae concussa erant corruerunt; saxum vicum cum provoleretur, in praecipiti rupe immobile stetit.* Nonne igitur qui inferni exauditi sunt fremitus venti fuere per cava terrae citati? Nonne quod statim adiungitur: *quae concussa erant, corruerant, id cum Sallustianis rupti aliquot montes tumalique sedere conciait?* Quod si recte statuimus Iul. Obsequentem Sallusti descriptionem novisse, neque ad quam rem huius verba pertinnerint, neque quo loco ponenda sint, in obscuro est.

Cum fragmenta quaedam ex libro II commemoventur, quae nisi ad initia belli Mithridatici referantur, prorsus intellegi non possint, Kritizio obsecutus his adiungenda puto, quae ad regni Pontici origines et Mithridatis ante actam vitam pertinuisse apertum sit.

* 44 [Kr. 53. G. III 32]. Ampel. lib. mem. c. 30, p. 23 sq. ml. Wölflin: *Ita Darius regnum obtinuit, a quo Artabazes originem ducit, quem conditorem regni Mithridatis fuisse confirmat Sallustius Crispus.* Artabazes Hahn. ex Floro. I 40, 1. Artabanes CE.

* 45 [Kr. 54. G. III 33]. Set Mithridates extrema pueritia regnum ingressus matre sua veneno interfecta.

Adtulit haec Serv. ad Verg. Aen. V 295, quo aetates vitae humanae trifariam dividi ostenderet, libri numero non adiecto.

* 46 [Kr. 55. G. III 33]. Schol. Gronov. ad Cic. de inp. Gn. Pomp. 9, 22 p. 439 ed. Orell.: *Incongruum videtur exemplum, quod imperatori feminam comparavit, sed ex omni parte quadrare monstratur: primum ex loco, quod Mithridates Ponticus fuit, quae patria Meduae est; ex fato, quod ut illa paricidium fecit, sic et iste auctore Sallustio et fratrem et sororem occidit ad postremum comparans exitium.* Pro postremis verbis, quae insana sunt, scribendum conicio: *ad postremum matri comparans (vel comparavit) exitium.* Quod si non omni veri specie caret, maiore iure hoc cum praegresso testimonio in unum fragmentum coniungetur.

* 47 [Kr. 56. G. III 34]. Mithridates iugenti corpore, perinde armatus.

Quintil. i. or. VIII 3, 82: *ac merito laudatur brevitās integra, sed ea minus praestat, quotiens nihil dicit nisi quod necesse est (βραχυλογία vocant,*

quae reddetur inter schemata), est vero pulcherrima, cum plura paucis complectitur; quae Sallustii est: Mithr. — armatus. Hoc male imitantes sequitur obscuritas. Apud enim false legitur proinde; Cfr. App. b. Mithr. 112 p. 415, 27 Bekk. τὸ σῶμα δ' ἦν μέγας μὲν, ὡς ὑποδεικνυνοσιν ὅσα ὄπλα αὐτὸς ἔπαυσεν ἐς Νημέαν τε καὶ Δελφούς. Junitatum videri Florum I 7, 4: Gattii Senones, gens — ipsa corporum mole, periade armis ingentibus, adeo unni genere terribilis fuit, iam alii observarunt.

48 [Kr. 57. G. 91]. Quod adversum multi ex Bithynia volentes adcurrere, falsum filium arguituri.

Prisc. X p. 505: *invenitur tamen in usu etiam 'arguiturus' pro 'arguiturus'.* Sallustius in II *historiarum*: Quod — arguituri. Pro quod quos exhibent BDHGLK. Tum *adcurrere* (sup. e et re) Rr. *adcurrere* III.K. *accurre* G. *occurrere* HD. De qua re illa verba dicta fuerint, dubitari nequit. Scimus enim Nicomedem III, Bithyniae regem, n. a. C. 75 (n. u. 679) mortuum, Romanos testamento heredes regni sui scripsisse illosque terram in provinciae formam redegissee (Liv. epit. XCIII. Arr. ap. Phot. p. 73. Bekk. App. b. Mithr. 71 p. 379 Bekk.). Fuisse tamen qui Nicomedis filium se esse sibi heredium debere contenderet, conperit habemus ex Sall. Ep. Mithrid. 9: *postremo totam Bithyniam diripere, cum filius Nysae, quam reginam adpellaverat, genitus haud dubie esset.* Cum iam ap. Prisc. *adcurrere* ab libris minutissimum sit, certum videtur dictum fuisse de missis ab Romanis, qui Bithyniam acciperent, quos qui Nysae filium sequebantur, intrare vetuere: contra multi sua sponte ex Bithynia venire, parati ut testimoniis suis verum et legitimum illum Nicomedis filium non esse convincerent. Quae qui concesserit, quos tueri non potuerit. *Quod adversum eodem modo dictum est, atque ap. Liv. XXXII 2, 5 adversus id quod, neque obfensionis est praepositio postposita, cum quod contra in usu fuerit* (Cic. Cat. mai. 23, 84. Lael. 21, 90).

49 [Kr. 58. G. 95]. — — ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequiam orationis et maxime odium Sullae suaves carique erant.

Non. p. 146 s. v. *obsequia* ex libro secundo. Minus grave est, quod libri praeter AJ *Fimbriana* pro *Fimbriana* exhibent; parum perspicua fit oratio per Mere. coniecturam *Fimbriana et seditione*; set multo gravius quod libri exhibent *Sullae Scavique, graves carique AJ. Sullae Scavrique M. Sullae cari erant* mgJ. Quin haec dicta fuerint de Marianis, qui ad regem Mithridatem confugerunt, dubitari vix potest; num de L. Fannio et L. Magio, quos ille ad Sertorium misit (App. b. Mithr. 68 p. 377 ed. Bekk. Cic. in Verr. I 34, 87), dubium quidem, set veri simillimum est, quamquam ex Plut. Sert. c. 23 minus conici licet, eosdem quos legatos misit, ei adulator esse. Iam de primis verbis vel illustrandis vel restituendis desperandum est, quam diu non novum reperta quae ap. Non. exciderint, aut ex alius scriptoris verbis quo pertinuerint explicatum fuerit. *Ibi si verum est, praecessisse verbum commorandi docet, et ablativo Fimbriana seditione causam, cur ibi commorati sint, expressam fuisse in proptulo est.* Videntur igitur illi Mariani, cum L. Valerius Flaccus ab Fimbria interfectus esset, ab exercitu discessisse et cum Romam reverti non possent, Sullam adire nollent, ad Mithridatem venire. Fortasse ergo praecesserunt: *perfugium invenerant ibi est.* Tum cum *carique* scriptum fuisse certum videtur eamque ob causam antea adiectivum excidisse necesse sit, nihil tribuendum est liberiorum invento *graves*, quoniam gravem dici eum, qui auctoritate apud aliquem polleat, nisi alia aecedant, sine exemplo est, eoque minus probandum, quia *gravis* per se significat eum, qui molestus odiosus sit. Quod si ex

App. b. Mithr. c. 70 p. 379, 27 Bekk.: 'οὐχ ὄρατε δ' ἀντῶν' ἔφη 'καὶ τοὺς ἀρίστους' ἐπιδεικνύς Οὐάριόν τε καὶ τοὺς Λουκίους 'πολεμίους μὲν ὄντας τῇ παροῦσιν, συμμάχους δ' ἡμῖν;' aliqui concipiendum, illos quod Sullam odissent, regi fidelissimos et deditissimos visos esse expectamus. Sed neminem earum habemus, nisi quem fidum nobis fore confidimus. Qua re minime necessarium est, ut hoc ab Sallustio adiectum fuisse statuamus; satis est, quod amore et caritatem significet. Id mihi reperisse videor in *suaves*, quod ut facile legi potuit *graves*, sic non minus facile omitti, quippe eadem littera terminatum, a qua incipiat.

50 [Kr. 61. G. 99]. Turmam equitum castra regis succedere et proeli rationem explorare iubet.

Ann. p. 260 n. v. *sucessit illam rem*. Cum de regis vocabulo dubitari nequeat, de Mithridatici belli principis haec dicta fuisse paene certum videtur. *Properationem* nullo modo ferri potest, nec satis placet, quod proposuit Mühlly Nov. Ann. LXXVII p. 79: *prope nationem*. Cum autem equites ad castra hostium mitti soleant, quo aut loca ac munimenta explorent, aut hostes ad pugnam laessant, neque utem talia proelia fiant, ut quo more hostes pugnare cognoscatur, restitui *proeli rationem*; cfr. Cnes. B. G. V 16: *equestris autem proeli ratio et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat*.

Subiungam iam en fragmenta quibus aut certus locus in libro secundo adsignari nequeat, aut quorum sententia obscura sit.

51 [Kr. 48]. Multique comعاتus interierant insidiis latronum.

Non. p. 305 ex lib. II, ubi *interfici et occidi* etiam de inanimalibus dicta esse docet. — Kritzius hoc fragmentum inter 39 et 40 posuit, et censuit eausdem dici, cur urbem tanta famis calamitas pressisset. Quod si esset, latrones piratae intellegendi essent, sed vocabulum illud de terrestribus praedatoribus ita frequentatum esse constat, ut nisi alia adessent, quae de piratis dici arguant, de illis non cogitari non possit. Quid igitur? nonne haec dici potnere de comعاتibus in Hispaniam exercitui subportandis, per latrones interceptis?

52 [Kr. 50. G. 53]. Runutque magna pars suismet aut proximorum telis, ceteri vicem pecorum obruncabantur.

Non. p. 339 ex lib. II hunc locum commemoravit, ut arenativum vel nominativum pro ablativo dici doceret, unde certissima est Merceri coniectura, *vicem* pro *vice*, quod libri exhibent, scribendum esse. Prima verba quo vitiose in libris scripta sunt, *ruina quae pars recte emendavit Coler*. Quamquam fateor me aegre desiderare participium velut *vulnerati* vel *caesi*. Ingeniose Kritzius haec de fagn Romanoarum ad Chalcedonem facta dicta fuisse suspicatus est, ductus his App. verbis b. M. 71 p. 380 Bekk.: *Νουθός δὲ ὁ ναύαρχος αὐτοῦ (Cottae) σὺν μέροςιν τινὶ στρατοῦ τὰ ὀχρωῶτατα τοῦ πεδίου καταλαβὼν καὶ ἐξελθεὶς ἔφωγεν ἐπὶ τὰς πύλας τῆς Χαλκηδόνος διὰ θορυγίων πολλῶν πάντων δυσχερῶς. ἀμφὶ τε τὰς πύλας ὤθισμός ἦν ἐσπεδωντων ὁμοῦ· ὅθεν οὐδὲν τοῖς διακόμοισιν αὐτοῦς βέλος ἤτύχει*. Sed si similitudinem quendam ultimorum verborum cum Sallustianis statuit, vir doctissimus falsus est. Appianus enim de multitudine tam densa dixit, ut nullum telum insequentium hostium frustra iaceretur, Sallustius de ita compressis ut singuli aut suis ipsorum aut proximorum — qui hostes esse non possunt — stelis vulnerarentur. Rectius cum ultimis verbis Sall. contulisset haec, quae apud Appianum secuntur: *οἱ δὲ λοιποὶ μεταξὺ τῶν τε φίλων καὶ τῶν*

πολεμίων ἀπόλλυντο, τὰς χεῖρας ἐς ἑκατέρου ἀγέγοντες. Ut nunc res est, ad quid illa verba pertinuerint, in incerto videtur relinquendum.

53 [Kr. 60. G. 91]. E muris canes sportis dimittebant.

Exhibni verba uti ap. Non. p. 120 s. v. *sportas* scripta sunt, quae ita vera non esse quisvis intellegit. Iamdudum igitur videre vv. dd. *demittebant* conrigundum esse. Quod praeterea Lips. Ep. qu. IV 14 coniecit *cives* pro *canes* nemo facile conprobabit. Sed Kritzius *canem* machinam quandam esse arbitratus, id quod comparatis *urix*, *equus*, *crucius* al. et Isidori loco XX 15, 5: *lupus, qui et canicula, ferreus harpax, quod ut quid in puteum decidit, rapit (scr. copit) et extrahit, unde et nomen accepit. Harpax autem dictus quia arripit: ἀρπάζειν est enim graece rapere*, defendere studuit, certam rem sibi inuenisse visus est, ad quam illa verba pertinissent. Quoniam enim App. l. ad 52 eoul. haec narravit: *ὡς δὲ καὶ περὶ τῶν πλοῶν δεῖσαντες οἱ φύλακες τὰ κλειῖθρα καθήκων ἐς αὐτὰς ἀπὸ μηχανῆς, Νοῦθον μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τινὰς καλωδίους ἀνιμῆσαντο, spartis* conrigundum censuit et Nudum aliosque duces demissis e muris Chaleedonis canibus adreptos et in altum sublatis servatos esse. Cui doctae et ingeniosae suspitioni, ut omittam quaerere num illos canes in muris paratos fuisse veri simile sit, vel illud unum obstat, quod ipsum vocabulum, cuius exemplum locus ab Nonio adfertur, conrigundum est. Nescio qualem rem sibi fixerit Mähly N. A. LXXVII p. 79 *panes* scribi iubens, neque probabilis mihi visa Wagneri coniectura (A. g. IX p. 196) *clam se sportis demittebant*. Mihi, cum aperte de obsesso oppido dicta illa fuerint, in mentem venit scribundum esse *arenas* vel *caena*. Utriusque enim rei in defensione morium usum fuisse ostendit Curtius IV 3, 25: *clupeos vero aeneas multo igne torrebant, quos repletos fervida arena caenoque deducto e muris subita devolvebant*. Ceterum arenam tenuem, etiamsi non fervida esset, tamen escendentes obpugnatores morari et perturbare potuisse, apertum est. Ab Sertorio autem pulverem in alia re ad usum adhibitum esse cognovimus ex Plut. Serl. c. 17.

54 [Kr. 63. G. 45]. Noctu diuque stationes et vigiliis temulare.

Charisius p. 207: *Noctu diuque Sallustius historiarum II*. De quo duce haec dicta fuerint nemo facile explicabit. Sed magnam veri speciem prae se fert Godofredi Hermanni Opusc. V p. 262 suspicio, quoniam ap. Charis. paulo post legitur: *Naevius in Acontizomenu 'Sulpicii noctu interfecti'*, nomen Sulpicii ad Sallusti verba adiungenda esse, quamquam *sobpicio* scribundum censuit Ribb. con. rel. p. 5. Nam quid obstat, quo minus Sulpicium quendam, — fortasse Serv. Sulpicium Rufum, qui a. 65 praetor fuit, a. 63 in petitione consulatus repulsam tulit, a. 52 interrex, a. 51 cum M. Claudio Marcello eos. — in exercitu vel Gn. Pompei vel Q. Metelli legati locum obtinuisse credamus.

55 [Kr. 61. G. 48]. Neque subsidiis uti solnerat compositis.

Prisc. VIII p. 489: *'soleo', quod 'solitus sum' vet 'solni' secundum Sallustium ferit perfectum, qui in II historiarum ponit: neque — compositis*.

56 [Kr. 65. G. 87]. Ad hoc pauca piratica et actuaria navigia.

Non. p. 303: *Actuariae navae celeres dictae, quod agi possent. Sallustius Hist. lib. II: ad hoc — navigia. Homocotenta ferri non posse et cum libri Noni exhibeant piraticae, scribundum esse piratica et actuaria* perspexit Mähly l. e. p. 79. Ceterum minime necesse est, haec verba in enarratione belli adversum piratas gesta fuisse statuamus, cum piratarum nave tum per omnia maria sparsas fuisse constat.

57 [Kr. 66. G. 18]. * * * * * legio flumen transducta castra dilatavit.

Arms. p. 265 s. v. *transductas illam rem. Sal. Hist. II.* In libro Gud., in quo haec inventa sunt, ante *legio* scriptum est *Parco*, quod corruptum esse nemo infitias eat. Kritzius igitur, cum *dilatari castra* dicantur quae amplificantur, extenduntur (Liv. XXVII 46, 2), recte perspexit hoc dictum fuisse: ampliora quam pro numero militum ab illa legione castra posita esse, quo hostes deciperentur ac fallerentur. Set quod inde coniecit, quo apta obpositio efficeretur, scribendum esse *parva legio*, vellem id exemplis confirmasset. *Parva manus* frequentissimum est, *parva legio* an recte dicatur valde dubito. Set plures viae, quibus ad aliquam veri speciem perveniatur, inveniri possunt. Primum enim in corrupto illo *Parco* nomen loci, unde legio flumen transducta sit, latere potest. Quo ductus Gerlachius (vid. ed. IV praef. p. XXXIV a) *Pario* scripsit, cogitans haut dubie de Pario, oppido Mysiae inter Laupsacum et Atrasteam sito (cfr. Strabo VII fr. 57 et 58 p. 471 et 72 Mein. X p. 681 sq. XIII p. 817 et 824 sqq.). Quae coniectura uti non contemnenda ita tamen incerta est, quoniam de bello in illis regionibus adversus Mithridatem gesto praeter pugnam apud Chalcedonem factam multa enarrata fuisse veri dissimilimum est. Tum non longe abest suspicio latere in illo vocabulo instrumentum, per quod legio transducta sit. Possimus de *ponte* cogitare, vel de *pontone* (Caes. b. c. III 29, 3, *pontonium* ap. Isidor. or. XIX I, 21 p. 581 ed. Otto), vel de *parone* (Isid. l. c. 20 p. 583) quid quod de *barca* (Isid. l. c.). Set ego iudicium retinendum puto, dum quis meliora invenerit.

58 [Kr. 57. G. 90]. At illi, quibus vires aderam, rucere caucti ad portas, inconditi tendere.

Locus difficillimus quemque nisi nova subsidia reperiantur, prorsus expediri posse desperem. Legitur apud Servium ad Verg. Ecl. II 4: *incondita incompota, subito dicta, agrestia [an agrestis?] vel insanientis dicta verba [alterutrum delendum ceuseo]. Vel incondita, i. e. incompota, ut Sallustius.* Iam libri ne in titulo quidem et numero libri consentiunt; alii enim *lib. II*, Guelf. I in *libro V*, Guelf. II in *L. VI*, alii in *Iugurthino*. Cum iam, quod ultimo loco posui, falsum sit nec dubium quin ex Historiis Vergili commentator exemplum deprompserit, recte Putschius ex eo munimentum aliquid accipere scripturam *lib. II* censuit, cum grammaticos librum de h. lug. secundum appellare solitos esse constaret. Deinde cum ap. Sall. *inconditos* scriptum fuisse certum sit, tamen qua significatione fuerit, ex Servi verbis dabitari potest. Nam si exemplum ad alteram tantum significationem vocabuli *inconditus* adhibitum esse statuamus — scilicet *incondita* esse, quae litteris non consignata —, verba Sallustii multo obscuriora sunt. Set illud ipsum *incompota* tam putidum est, ut vix dubium videatur, quin ea explicatio ex margine falso loco iulata sit. Nec si ab eodem grammatico ea adiecta putaveris, tamen quidquam obstat, quo minus Sallustii exemplum omnino ad demonstrandum similem usum vocabuli *inconditus* adscriptum censeamus. Transcimus igitur ad ipsa scriptoris nostri verba. In *quibus vires aderam* omnes libri consentiunt, set alii *inconditi tendere*, alii *inconditi vel incondita tenere*, Guelf. II *inconditi temere*, id quod Heinsius coniecerat. Ab his longe recedit codex Ursini: *illi quibus res incognita erat, ivere caucti ad portas incognita tendere*, cui nollem Kritzius tantum tribuisset. Primum enim turpiter corruptum esse locum vel inde adparet, quod id ipsum vocabulum, ob quod adlatus est, in *incognita* mutatum; deinde facile est ad intellegendum, librarium cum legere non posset quae describenda essent, vel suo arbitrio vel ex notis marginalibus et

inter-linearibus illa laecondita coacoxisse. Tui non recte negasse virum doctissimum: *vires aderam* latine dici, ostendit locus Vell. II 61, 1: *etsi ad resistendum nulli aderam*, ut alias similes locutiones, quas lexica subpediant, omittam. Quod si verba illi quibus *vires aderam*, *ruere cuncti ad portas* dubitatione exempta sunt, paene admiror, quod Kritzius ad ea non adhibuit locam Appiani, quem ex fr. 52 expressum esse suspicatus erat. Quid enim veri similis, quam illa dicta fuisse de militibus pulsis ac fugatis, quorum quos vires non defecissent, ad urbis propinquaе portas adcelerassent? Quae si non prorsus ab veri specie abhorret, de extremis facilius indicare poterimus. *Incondita tenere* absurdum est, nec minus *inconditi tenere*; *inconditi temere* non ab sententia perorsum est, set quod vocabula nimis multa cumulata sunt, displicet; *inconditi tendere*, quod Gerlachius retinuit, recte defendi potest: qui ad portas ruabant, eidem inconditi tendebant, praesertim si cogitemus plura secuta esse *ruere* et *tendere* infinitivos historicos. Quod Mähly l. c. p. 79 proposuit, *incondito itinere*, ingeniose inventum est, set dubito, an *iter* recte dicatur de non ingreditibus set ruentibus.

59 [Kr. 68. G. 106]. Ille festinat subsidii augere principes et densere frontem.

Eutyeh. p. 192: '*denso*', quod et '*deuseo*' secundae coniugationis, ut in '*eo*' terminatum, fere raro lectum, invenitur, ut extulit — Virgilius (G. I 419. Aen. XII 264) —. Cuius infinitivum Salustius *historiarum lib. II refert*: Ille — froutem.

60 [Kr. 69. G. 41]. Terror hostibus ex fiducia sui incessit.

Arus. p. 242 s. v. *incessit illis illud* ex Hist. II.

61 [Kr. 70. G. 73]. Circumventi a dextera nuda ferro saxo aliis telis capita affligebantur.

Arus. p. 215: *adfectus illum rem. Sal. Hist. III (23) — Idem Hist. II: circumventi a dextera nuda ferrum erat, saxa aut quib' tale, capita affligebant. Maii cod. circumventi dextra, Gu. circumventis dextera. — Gu. nuda ferrum erat, eod. Maii unde ferrum erant. — Cod. Maii capiti, Gu. capita. — Kritzius igitur retinens scripturam ab Lindemannio receptam, de militibus inermibus loqui intellegit, qui cum fraude ita essent in angustias adducti, ut ab una parte iniquitate loci, ab altera ab armatis hostibus premerentur, saxis se defenderent et quovis modo sibi consulerent. Verba ergo *unde ferrum erant* interpretatur 'nuda armati ingruabant', quam locutionem insolentem esse ipse concedit. (Assellus ap. Kr. conriguenda censuit: *circumventi a dextera (nuda ferro erat) saxa aut quid tale capita affligebant*. Uterque igitur *affligere aliquem aliquam rem* ab Sallastio dictum fuisse statuere. Quod mihi secus videtur. Nam cum Arusianus constructionem passivi *adfligi eum* accusativo eius generis, quem graecum nonnulli grammatici adpellant, exemplis illustret eoque pertineat locus ex lib. III prolatus, nisi novum lemma exieidit — id quod veri simile non est — sequitur enim *adfectus ea re* —, nihil certius videtur, quam *adfligebantur* scribendum, cum eoque acc. *capita*, partem eam in qua adfecti sunt significantea, coniungendum esse. Quod si ita est, praecedentia verba nihil aliud continere possunt, nisi iumenta, quibus adfecti sint. Iam ut *circumventi a dextera* recte Lindemannius emendasse breviter moneam, *nuda* maiorem speciem veri prae se ferre quam *unde*, quivis facile concedet. Probanda igitur videretur Cassellii coniectura si *ferrum* elupeum significaret. Etenim dextra militis nuda est, quoniam elupeus sinistra geritur. Set cum *nuda* in *unde* corruptum*

esset, facile fieri potuit, ut *erat* ab librariis adieceretur, idque adeo in eum codicem transiret, qui veram scripturam servavit. His argumentis ductus audacius locum restituendum censui. Cogitandum de militibus in angustiis ita compressis, ut capita sentis tegere non possent et ab editiore loco capitibus addicerentur.

62 [Kr. 71. G. 49]. Suos equites hortatus vado transmisit.

Arus. p. 265 s. v. *transmitto illa re.*

63 [Kr. 72. G. 71]. Ictu eorum, qui in flumen ruebant, necabantur.

Donat. ad Ter. Ad. III 2, 21: '*Ruere*' *activam vim habet. Sallustius in secunda: ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur. 'Ruere' enim est toto corpore uti ad impellendum, quod faciunt qui ipsi praecipites alios prosternunt.* Kritzius sententia errasse grammaticum et *ruere* neutrali vi esse, propterea mihi non probatur, quia non percipio, quo modo qui in flumine non stent, set enim vi procedant vel magno impetu grassentur, ictu suo alios necare dici possint. Utut est, *in flumine ferri non potest, set requiritur in flumen.* Illud dubium est, utrum ictu eorum qui in flumen ruere conabantur — ea enim est imperfecti vis, — alii necati esse dicantur, an eorum, i. e. in praecedentibus dictorum, ictu illi, qui in flumen ruere conabantur. Quid ruere studuerint, omni nexu sublato, nemo divinabit.

64 [Kr. 73. G. 47]. Neque inermos ex proelio viros quemquam agnoturum.

Prisc. X p. 511 ubi de *agnitum* dixit: *Sallustius tamen secundum analogiam in II historiarum: neque — agnoturum. ex proelio inermes G. inermos (in inermis eorum.) R (in inermes) H. tubernos B. inermes L. — Serv. ad Verg. Aen. IV 23: participium 'agnotus', non 'agnitus'. Sallustius: nec inermos ex proelio quemquam agnoturum. Recte Kritzius ex cohortatione ducis verba sumpta censuit et hanc esse sententiam: qui inermes ex proelio redirent, eos ab nemine pro viris habitum iri.*

65 [Kr. 74. G. 88]. Omnia sanciatia corpora in ratis imposuisse.

Arus. p. 239 s. v. *imposuit in illam rem.* Minoris momenti est, quod cod. Maii *ratem*, Gu. *rates* exhibet, quamquam de ea discrepantia tum demum certius iudicari posset, si quo modo locus intellegendus esset constaret. Set uterque cod. *sacrata corpora* praebet. Quae Kritzius sacerdotes, hominum deis sacratorum corpora esse censuit, at vellem id exemplo ex vetustiore et elegantiore scriptore confirmasset. Ego cum *sacrata corpora* omnino explicari non posse censerem, quod mihi aliquam veri speciem praebere videbatur, *sauriatu* restituendum duxi.

66 [Kr. 75. G. 86]. Primo in diem cibum fortuitum per noctem in lennuculo piscando.

Non. p. 366: *Lennuculus navigium piscatorium. Sallustius Hist. lib. II: primo indicit [inducit 1480. in diem princ.] forte per [forte super A.J.] noctem in lennuculo piscandis [piscantis edd. praet. princ.]. Cupidius mihi hoc loco viri docti adripuisse videntur Mercerii coniecturam: *Primo incidit forte per noctem in lennuculo piscantis*, quam ipse Kritzius speciosus quidem, set ad locum expediendum parum fructuosam esse concessit. Set consideremus siagula. Ut ab ultimo ordiari, *piscantis* quo modo in *piscandis* corrumpi poterit, difficile est dictu, certe *piscando* emen-*

dare facilius. Etiam multo minus perspicitur, quo tandem modo ex *incidit* fieri poterit non modo *indicit*, set *inducit* atque *in diem*. Set *in diem* si sequebatur syllaba ab *ei* incipiens, *in inducit* et *inducit* mutari proelive fuit. Quid autem piscandi est consilium? Scilicet cibos quaerere. Nounne igitur veri simile est, in illo *indicit* latere *in diem cibum*? Denique *super noctem* ferri non posse omnes intellexere. Set num id ab librariis lubidine quadam scriptum dicamus, nonne potius *su* ex ultima praecedentis vocabuli syllaba natum? Ae facile quis ad eam opinionem adducatur ut in illis syllabis verbum quaerat, unde pendeat accusativus *cibum*. Cum vero difficile sit verbum invenire, quod et quaerendi notionem contineat et similitudinem quandam illarum litterarum, contra nihil impediat, quo minus verbum aut praecessisse aut secutum esse statuamus, quidni potius adiectivum cum *cibum* coniunctum in illis inconditis litteris inesse putamus? Id mihi fuisse videtur *fortitum*. Quae iam omnis loci sententia? Credo dictum fuisse de obsessis in loco ad fluvium sito, qui ingruentem famem primo ita sustentare studuerint, ut per noctem, tenebris terti, in lenunculo piscando in diem cibum quaerent, qui ipse non certus esset, set forte offerretur. Haec num praestent illis, quae alii viri docti probavere, indicent aequi.

67 [Kr. 77. G. 33]. Genus militum suetum a pueritia latrociniiis.

* Arus. p. 262 s. v. *suetus his rebus*. *Multum pro militum* Gu. Quia de Hispaniis in Q. Sertori exercitu dictum fuerit, vix dubium videtur.

68 [Kr. 82. G. 67]. Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haut procul remotam duxit.

Serv. ad Verg. Aen. I 423: *'ducere muros' exaedificare h. e. construere, in longitudinem producere; proprie enim cum aedificantur muri, duci dicuntur*. *Sallustius historiarum* II: murum — duxit.

69 [Kr. 84. G. 75]. Eam deditionem senatus per nuntios Orestis cognitam adprobat.

Adtulit Prise. VI p. 246 ob genetivi formam. Gu. Anfidius Orestes a. 71 (683) cum P. Cornelio Lentulo Sura cos. fuit. Vid. Fischeri tabb. p. 203. Quem cur non a. 74 post praeturam gestam provinciam aliquam obtinuisse ibique gentem quandam in deditionem accepisse statuamus? Quae gens illa fuerit, neque dicere possum neque divinare audeo.

70 [Kr. 88. G. 42]. Haec postquam Varro in manus more rumorum audivit.

Arus. p. 243 cum *lommate in manus audivit pro plus quam*. Cod. Gud. *in ore rumorum*, quod recte emendavit Lindemannus. — Haec illustrari posse, tam diu desperandum, quam diu qui ille Varro fuerit, incognitum erit. Hoc autem loco fragmentum posui, quod mihi videbatur de re in bello gesta dictam fuisse. Ceterum cum M. Terentium Varronem, scriptorem illum doctissimum, in bello maritimo Gu. Pompei legatum et pro quaestore fuisse constat (vid. Drum. IV p. 408 n. 48), eundem iam in Hispania in illius exercitu stipendia fecisse non prorsus incredibile est.

71 [Kr. 91. G. 35 et 36]. Belli sane sciens.

In codice Gu. Arusiani (p. 262 ed. Lind.) haec inventa sunt: *Sciens huius rei*. *Sallust.*: sciens horum. *Idem Histor.* II bellica nesciens. Cum alterum exemplum ab lemmate divorsum sit, et Conn. Cruq. ad Hor. Epod.

I 15 libri numero omissio ex Sallustio commemorat *belli sane sciens*, hoc rectius apud Arrianum restitutum esse adparet quum quod Ruhk. ad Vell. II 88 p. 365 coniecit *bellicae rei sciens*. Gerlachius autem etiam quod praecedat *sciens horum* novum fragmentum esse voluit et libro II adsignare non dubitavit, quod si ita fuisset, grammaticus aut dormitasset, aut priori libri II notam adiecit, tum *idem in eodem* vel *ibidem* perrexisset. At nun per se credibile est Sallustium usquam *sciens horum* scripsisse? Si adiunctum esset substantivum, crederem. Sed cur id omisit grammaticus? Scilicet librorum oscitantine id deberi et adlatum fuisse locum lug. 85, 45 *sciens locorum* neutro perspexit Ruhk. l. e.

72 [Kr. 94. G. 58]. Argentum nutum accersivit.

Prise. X p. 534 eodem loco ubi fr. I 69 commemoravit. Cum Pompeius ep. infr. 96, 2 omnis suis privatus opes et spes se consumpsisse ipse testetur, hinc improbabiler haec verba ad eum vero alieno sumpto inopiam pecuniae levitatem referentur. Quod si non prorsus improbabile est, non vituperandum videbor, quod huic fr. subiunxi aliud, quod ad eandem rem spectavisse certe non omni specie veri caeret.

*73 [Kr. 37. G. I 46]. Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat.

Doum. ad Ter. Phorm. I 1, 14: *'fieri pecunia' dicebatur. Sallustius: quae — erat.* Cum dictum sit, ad quid Metello pecunia decreta fuerit, inde facile conicitur, eam pecuniam in aliam rem consumptam fuisse. Quidni igitur haec res in causis, quae Pompeium in tantas angustias deluxissent, commemorata fuisse potest?

74 [Kr. 95. G. 32]. Obviam fuere.

Charis. II p. 209: *Obviam pro obviam Sallustius historiarum II: ubi Asper ait 'recte obviam fuere, adverbio maluit uti quam nomine'.* De incolis oppidi adveniendi duae obviam venientibus dictum videtur fuisse.

75 [Kr. 100. G. 65]. Moenibus deturbat.

Non. p. 70 s. v. *deturbare, deicere, demovere.*

76 [Kr. 98. G. 61]. Vespera.

Testatur ita dixisse Sallustium Charis. II p. 223, set ipsa illius verba periere. Quamvis multas res hoc libro enarratas vespertino tempore gestas esse consentaneum sit, tamen cum aliunde constet pugnam ad fluvium Sueronem sub vesperam demum ineptam esse (vid. Drum. IV p. 367), certe aliquid habemus, quo illud vocabulum referre possimus.

77 [Kr. 102. G. 51]. Diei medio.

Arus. p. 217 cum lemma *medio illius pro illo medio*. Libri numerus in cod. Gn. inventus est, omissus in cod. Maii. Ad pugnae aliquis vel exordium vel finem spectavisse verba certe non prorsus dissimile veri.

78 [Kr. 101. G. 61]. Audaciter.

Prise. XV p. 1014 P. p. 76 H. Ap. Putschium *Historiarum* I legitur, Hertz. II edidit. Id et de re bellica et de civili actione dictum fuisse posse patet.

79 [Kr. 76. G. 89]. Immane quantum animi exarsere.

Non. p. 87 s. v. *insanum pro insane, ut insane pro immaniter* — subjectis hisce: *nomen positum pro adverbio*. Dnas res hoc libro narratis fuisse cognovimus, in quibus animi vehementer adcessi sunt, fr. 40 et fr. 12.

80 [Kr. 78. G. 34]. Gemus hominum vagum et rapinis suetum magis quam agrorum cultibus.

Arus. eodem loco eodemque sub lemmato utquo fr. 67. Verba fuisse in descriptione terrae cuiusdam, veri simile iudicabis conlato loco Ing. 17. 6. Secundum ea, quae de Pisidarum gente memoriae prodita sunt, verba illa ei conveniri non negaveris.

81 [Kr. 79. G. 40]. Gemus armis ferox et servili insolitum.

Arus. p. 241: *insolitus huius rei. Sallust. Hist. II cod. Gu. Idem Hist. I 4 A. M. De Hispanorum gente dicta fuisse haut improbabile.*

82 [Kr. 80. G. 31]. Nam procul et divorsis ex regionibus.

Charis. II p. 215: *Procul Sallustius historiarum II: iam — regionibus, ubi Asper 'ergo procul e loco [e longinquo coni. Kritz.] est'.*

83 [Kr. 81. G. 97]. Dubium an in insula sit, quod Euri atque Africi superiacis fluctibus circumlavitur.

Non. p. 344, quo *larit* pro *lavat* dictum esse demonstratur. Libri exhibent *in anzala sit*, unde mihi rectius videbatur effici posse *an in insula sit*, quam quod plerique receperunt *an insula sit*. Pro *Αφρὶ* libri aetnici, *Αβ θυστρί*; pro *circumlavitur*: *circumlabitur, circumlabit L., circumlavit* edd., quae iam dudum recte sunt emendata. Quem locum Sallustius descripserit, quamquam in tanta obscuritate errare atquo labi prouum est, tamen num qui inveniri possit, in quem verba illa quadrent, pro virili parte periculum facillimum est. Cum igitur omnes regiones et loca, quae hoc libro commemorata esse veri simile est, circumspicerem, inveni fortasse de Carthagine Nova dictum fuisse. Ea enim urbs sita erat in paeninsula, ab ortu et meridie cincta mari; continenti ingum ducentos fere et quinquaginta passus patens coniungebat (Liv. XXVI 42. *ὡστε τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάσσης, ὅς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἡπύρον, μὴ πλέον ὑπάρχειν ἢ δυοῖν σταδίων* Polyb. X 10 p. 652 ed. Bekk.); quippe ab occidente stagnum erat, paululum et ad septentrionem fusum, incertae altitudinis utemque exaestuans aut deficit mare. Iam de ea palude Polyb. l. c. scripsit: *συμβαίνει δὲ τῆν λίμνην τῆ παρακειμένη θαλάττῃ σφόδρον γεγονῆναι χειροποιήτως χάριν τῶν θαλαττοργῶν. κατὰ δὲ τὴν τοῦ διερχομένου ἀπὸ τῆς θαλάσσης διακοπήν γέφυρα κατασκευάσται πρὸς τὸ καὶ τὰ ὑποζύγια καὶ τὰς ἀμάξας ταύτῃ ποιῆσθαι τὴν παρακομιδὴν τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀναγκαίων*. Cum autem stagnum ab meridie eum mari (vel potius sinu maris) coniunctum fuisse ex Livi verbis *incertae — mare* adpareat, quod arte perfossum fuisse Polyb. narravit, illud ingum fuisse consentaneum est. Iam Sallusti aetate fossa illa videtur conlapsa fuisse, set ventis ab meridie flantibus — et Eurus et Africus ab meridie flant, set ille ab Oriente, hic ab Occidente, et soli meridionali vento expositum fuisse sinum, in quo Carthago Nova sita erat, Polybius et Livius contestantur —, fluctus super ingum iacti ut in insula urbs videretur effecisse.

84 [Kr. 90. G. 63]. Et Poeni ferunt adversus * anem.

Adulit haec ex secundo libro Sallusti Donat. ad Ter. Phorm. I 3, 19, quo *et* non modo connexivam, set iueptivam coniunctionem esse

probaret. Quae verba unquam expeditum iri, nisi nova subsidia reperiantur, prorsus desperandum est. Sed tamen quae occasio scriptori fuit de Poenis libro secundo dicendi? Quem ad modum inde, quod Poenos conditores Novae Carthagini libro II commemoratos fuisse testatum est, quam de fr. 83 sententiam dixi, aliquid munimenti accipit, sic rursus, si illa veri similis iudicabitur, locus, ubi Poenorum mentio facta fuerit, non desiderabitur.

85 [Kr. 83. G. 50]. Omnis, qui circum sunt, praeminent altitudinis milium passuum duorum.

Arus. p. 256 ad locutionem ostendendam: *praeminet illam rem illa re.* — *Altitudinem* quod cod. Maii exhibet, recte auctoritate cod. Gu. mutatum est. Sed quia mirum esset, si in exemplo ab grammatico adlato accusativus desideraretur, *omnes* pro eo habendum esse adparet. Qui montes dicerentur, multa perquirens non inveni. Sed veri similis videtur in Tauri montibus tales esse quam in Hispania (cfr. regionem descriptam ab Koehio Zug der Zehntausend p. 26 sq.).

86 [Kr. 85. G. 20]. Modestus ad omnia alia nisi ad dominationem.

Hunc locum commemoravit ex libro II Don. ad Ter. Phorm. I 3, 18, quo *modestus* idem esse ac *moderatus* ostenderet; ubi enim scriptum sit *nisi dominationem*, recte ad iam ab aliis vv. dd. repetitum est. Negavit autem Kritzius, haec de Pompeio dici potuisse, quippe quem Sallustius adrogantem, oris improbi, animi inverecundi adpellavisset. Sed de cuius alius viri, secundo libro commemorati, dominaudi studio loqui potuit, nisi de Gn. Pompei? Et recte potuit ea dicere, si quidem illum ab luxuria atque avaritia abhorruisse aliorum testimoniis satis constat (Drum. IV p. 541), modestus autem hoc loco de lubricum moderatione dictum fuisse Donatus testatur, et omnia quae Sall. in eo reprehendit vitia ab dominaudi cupiditate profecta videntur esse.

87 [Kr. 80. G. 25]. Vir gravis et nulla arte cuiquam inferior.

Arus. p. 242 cum lemmate *inferior tibi*. De Sertorio ea verba fuisse dicta veri dissimile est, quoniam de eius ingenio primo libro expositum fuisse constat.

88 [Kr. inc. 83. G. II 24]. Et continetur gravior.

Cum Nonius p. 215 s. v. *grave molestum* ex lib. II haec verba adferat, Kritzius iniuria se ad incerta fragmenta relegavisse ipse intellexit: nam in editione novissima lib. II adsignavit. Sed ut apud Nonium scripta sunt, prorsus inepta esse nemo negavit. Recte Merc. confecit *gravior*. Videntur dicta fuisse de genere militum, atrocissimi sueto, quod se contineri molestius tulisset.

89 [Kr. 87. G. 62]. Ita fiducia quam argumentis purgatores dimittuntur.

Non. p. 212: *Fiducia est audacia. Sallustius lib. II: ita — dimittuntur [dimittunt A]. Serv. ad Verg. Aen. II 61: Sane veteres 'fiduciam' interdum pro crimine et audacia ponebant ut Sallustius: ita — dimittuntur [Sic e cod. F. emendata sunt corrupta: ut psallita fiducia quam argenteis purgatores dicuntur]. Donat. ad Ter. Phorm. I 4, 28: Num si venserit te timidum pater esse, arbitrabitur conmeruisse culpam] Sic Sallustius in Historiis: ita — dimittuntur. Id. ad Heec. IV I, 13: Solutio criminis per fiduciam*

respondentis. Sallustius: ita fiducia quam argumentis purgator es. Qui cuiusque rei insimulati fuerint, nemo dixerit.

90 [Kr. 80. G. 81]. Cum multa dissereret ludis Apollini circensibus.

Arus. p. 245 cum lemmate *ludi Deo sunt*. Reetene dubitem, annon grammaticus deceptus falsa scriptura, *Apollini* pro *Apollinis*, illa scripserit, iudicent me doctiores. Quamquam obscuritatis tenebras in tam paucis reliquiis diffundere velle arduum est, tamen illud certum videtur, rem insolitam fuisse ut in ludis aliquis ad populum diceret, neque id factum esse, nisi cum populus graviorē aliqua re iuratus et adensus esset, ut ab M. Tullio Cicerone eos, ludis Megalensibus (Drum. V p. 435). Qua re haut absurda suspicio videtur, ad eandem rem pertinuisse hoc fragmentum, atque 40 et 41. De ludis Apollinaribus vid. Preller R. Mythol. p. 200 sq.

91 [Kr. 92. G. 84]. Frugum pabulique lactus ager.

Arus. p. 241 cum lemmate *lactus huius rei*. Serv. ad Verg. A. I 441: *laetissimus umbra, aut septimus [casus] est, aut secundum Probum genetivus, ut sit laetissimus umbrae, sicut Sallustius: frugum — ager*. Apud eundem ad XI 338 scribitur *fructuum*. Utrum haec verba in descriptione singularis cuiusdam regionis, an amplioris terrae fuerint, discerni non potest.

92 [Kr. 93. G. 38]. Ipse animi atrox.

Arus. p. 215 s. v. *atrox huius rei*.

93 [Kr. 96. G. 43]. Post ubi fiducia nimius.

Arus. p. 249 s. v. *nimius hac re*. Verba certe ducibus illis, qui ad Chalcedonem ab Mithridate victi sunt, conveniunt. In, quod ante *fiducia* positum erat, recto codicum auctoritate Lindenmannus delevit.

94 [Kr. 97. G. 26]. Orbe terrarum extorres.

Arus. p. 229: *extorris his*. Lib. Gu. numerum libri omisit, set et is et Ambrosianus scripturam tucitur, pro qua olim edebatur *urbe patriaque extorres*. Inter piratas multos fuisse quibus in Romanorum imperio (is enim est *orbis terrarum*) amplius habitare non licebat, satis constat.

95 [Kr. 98. G. 61]. Copiis integra.

Arus. p. 236: *integer illa re*. De regione cuius opes nondum exhaustae essent, fortasse de Gallia Narbonensi, dictum fuisse (Momms. III p. 27. Drum. IV p. 370) veri simile.

96 [Kr. III l. G. p. 150].

Epistula Gu. Pompei ad senatum.

De hac epistula a. 74 L. Licinio Lucullo M. Aurelio Cotta cons. in senatu actum esse constat (Plut. Pomp. 20. Lucull. 5. Appian. b. c. I 111 p. 527 Bekk.). Iam a. 75 L. Octavio G. Aurelio Cotta cons. Romam adlatam esse ex or. G. Cottae fr. II 41, 6 parum certe concluditur, cum aperte illud dicere potuerit ciansi nondum litterae ab inperatoribus missae adessent. Qua re adducti multi eam epistolam libro III, quo res a. 71 gestas enarratas fuisse certum est, adsignaverunt, quae sententia nonnihil munimenti eo accipit, quod veri simile est, scriptorem, ut ars ac ratio videntur postulare, quae ad praeparationem belli

a. 74 gerundi pertinissent, eodem loco, quo id ipsum narraret, scripturam fuisse. At nimium contendere videntur, qui epistulam aete a. 71 missam negavere (Nieb. Cic. pr. Font. — fr. p. 44), quoniam Pompeium, qua erat prudentia, quam maturissime quae ad continuandum bellum opus essent, paravisse credibile est. Cum iam negari nequeat, hanc epistulam a. 75 scriptam fuisse, certum testimonium habemus Diomedis art. gram. lib. I p. 306 locum eius ex libro secundo referentis. Codices scilicet *secundo* [A. B. *Sallustius secunda* aut M] teneantur, interpolatae tantum editiones (G apud Keiliam) libro tertio exhibeat. Quod testimonium ita dilui posse ut grammaticus memoria lapsus in numero libri errasse dicatur, eo minus probari potest, quod fr. ex libro II relata 29, 51, 72 ad inopiam, qua imperatores Romani a. 75 exente oppressi fuerunt, spectat. Ergo cum nullum testimonium extet, quo eam epistulam libro III inditam fuisse confirmetur, — nam quod in eod. § post Maerionem perscripta est, id factum quia librarius orationes ab epistulis separare voluit — adeo ut scriptorem alicuius artificiosae et perite in rebus scribendis versatum esse concedere debeamus, libro II adiungenda est.

Si adversus vos patriamque et deos penalis tot labores et 1
pericula suscepissem, quotiens a prima adulescentia ductu meo
seculissimum hostes fusi et vobis salus quaesita est, nihil amplius
in absentem me statuissetis quam adhuc agitis, patres conscripti:
5 quem contra aetatem proiectum ad bellum saevissimum cum ex-
ercitu optime merito, quantum est in vobis, fame, miserrima
omnium morte, confecistis. Ilac in spe populus Romanus liberos 2
suos ad bellum misit? haec sunt praemia pro vulneribus et totiens
ob rem publicam fuso sanguine? Fessus scribundo mittendoque
10 legatos omnis opes et spes privatas meas consumpsi, cum interim
a vobis per triennium vix annuus sumptus datus est. Per deos 3
immortalis, utrum censetis me vicem aerari praestare, an exerci-
tum sine frumento et stipendio habere posse? Equidem fateor me 4
ad hoc bellum maiore studio quam consilio profectum: quippe qui
15 nomine modo inperi a vobis accepto diebus quadraginta exercitum
paravi, hostisque in cervicibus iam Italiae agentis ab Alpibus in
Hispaniam submovi. Per eas iter aliud atque Hannibal nobis
oportunitus, patefeci. Recepi Galliam Pyrenaeum, Laetaniam Indi 5

TEST. SCR. Diomed. I p. 306: *praesto, praestitit, apud antiquos hoc verbum pro 'melius est' ponitur aut pro 'antececidit' aut 'superat', nam in duobus significatione 'praesto' potius dicebant, nisi quod Sallustius secundo ait: utrum vicem me aerarii praestare creditis.*

VAR. SCR. 1. penalis §. — 2. quotiens §. adulescentia §. — 3. Ilac in spe §. haecine spe vel haec sine spe *Urs.* — 4. vulneribus §. totiens §. — 10. omnis §. — 12. immortalis §. aerari §. — 16. hostisque §. — 17. aliut §. Annibal §. — 18. Laetaniam §. Laetaniam *Vat.* 2. Laetaniam *Carrio et Curt.* Indigetis §. Illegitum vel Bergetes *edd.* De Laetaniis (*Plin. H. N.* III §) haec *Strabo* III p. 219 *Μείν.*: ἀνοικείται δὲ ἐπὶ πλειόνων ἰθρῶν ἢ χάρων, γνωριματάτων δὲ τοῦ τῶν Ἰακκητανῶν λεγομένου· τοῦτο δ' ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρωρείας

getis, et primum impetum Sertori victoris novis militibus et multo paucioribus substitui hiememque castris inter saevissimos hostis, non per oppida neque ex ambitione mea egi. Quid deinde proelia aut expeditiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem? quando res plus valet quam verba. Castra hostium apud Sucro- nem capta et proelium apud flumen Tariam et dux hostium G. Herminius cum urbe Valentia et exercitu deleti satis clara vobis sunt: pro quis, o grati patres, egestatem et famem redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est: namque stipendium venter datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo quaesoque ut animadvertatis, neu cogatis necessitatibus privatum mihi consulere. Hispaniam citeriorem,* qua non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus praeter maritimas civitates, ultro nobis sumptui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque abuit et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumpsi. Relicui vos estis: qui nisi subvenitis, invito et praedicente me exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur.

τῆς κατὰ τὴν Πυρρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται καὶ συνάπτει τοῖς περὶ Ἰβήραν καὶ Ὀσκαν ζωρίοις, τοῖς τῶν Ἰλιργετῶν οὐ πολὺ ἀπώθειν τοῦ Ἰβήρους. Cfr. Mannert. I p. 403. Laetani ad litora maritimum circa Bavianonem habitabant (Mannert. l. c. p. 421). Eos Strabo III p. 212 Asia: ἐντὸς δὲ τοῦ Ἰβήρους μέγχι Πυρρήνης καὶ τῶν Πορπηλίων ἀναθημάτων γιλλίους καὶ ἑξακοσίους· οὐκ εἶν δὲ Ἐδητανῶν τε ὀλίγους καὶ λοιπὸν τοῖς προσαναγορευομένοις Ἰνδικήτας μεμερισμένους τέτραχα, gentem nationis Indigetium fuisse testatur. Iam utrum creditibilis est ab Pompeio verbas gestis gloriantē Laetanos, populum nobilissimum, an Laetanos, Indigetium gentem, nominatos esse? — 1. novis militibus ὄ. novis quidem militibus edd. — 2. substitui ὄ. hiememque castris ὄ. hiememque in castr. Cort. hostis ὄ. — 3. deinde ὄ. dein Kr. — 4. Durium ὄ, quod iam dudum emulatum. — 12. quae libri: qua ej. mea. — 11. maritimas ὄ. civitates ultro ὄ. civitates quae ultro Ald. onerique ὄ. — 15. et nunc ὄ. at nunc Ciacc. — 18. Nonne at praedicente me?

Lib. III.

1 [Kr. 90. G. 5]. Namque his praeter solita vitiosis agri tractibus, cum per omnem provinciam infecunditate bienni proximi grave precium fructibus esset.

Non. p. 215: *Grave multum, valde significare veteres probant.* Cum in Gallia Narbonensi frumenti inopiam ac malas messis fuisse constet ex II 96, 9. Plut. Pomp. 20. Sert. 21, ergo quin ea provincia intellegunda

sit, dubitari vix possit, quod audacius videtur numerum libri ap. Non. vitiosum indicare, certe ibi hoc fragm. dictum fuisse adparet, ubi de novo Gn. Pompei ad bellum Sertorianum adparatu actum est. At libri apud Nonium *vitiosis magistratibus* exhibent, quod Kritzius sic defendere studuit, ut per ungistratum Galliae praesidentium vitia caritatem nonnae metam esse diceret. Sed quamquam h. l. de vitio creatis magistratibus nemo cogitare poterat, tamen Sallustio merito obprobrium fieret, quod sollemni formula abusus esset. Et cur noluit ipsa vitia ungistratum dicere, sive nvaritiam, sive luxuriam, sive negligentiam? Veri similis igitur videtur verbis illis de locorum aut anni natura dictum esse. Iam quod Invercampus coniecit *vitiosis magis aestatibus*, illi non minus, quam ei, quod Mühlly N. A. LXXVII p. 80 scribendum suspicatus est *vitiosis magis tractibus*, opponendum est hnat facile perspicui cur Sallustius *vitiosis magis*, quam *vitiosioribus* dicere moluerit. Quod Gerl. olim coniecerat: *vitiosis mala tractibus*, praeter insolentiorum verborum ordinem ab librorum scriptura longius discedit. Quod ipse conieci *agri tractibus tantum* abest ut verum iudicem, ut ne periculum ignavia fugisse viderer proposuerim.

2 [Kr. 2. G. 13]. Caveret imperator a perfuga Celtibero.

Aras. p. 243 s. v. *cave ab illis*. In cod. scriptum est: *caete imperatore per Kaga Celtibero*. In per kaga latere *perfuga* recte perspexit Lindem., set omnem eius emendationem *caete ab imperatore perfuga Celtibero* cupidus mihi quidem Kritzius videtur ndrripsisse. Interpretatus est de rumoribus calumniatoris in Sertorium sparsis, de quibus iam libro secundo dixisse Sallustium ostendit fr. 30. Neque quidem percipio quo modo Sertorius, Romanus scilicet, Celtiberus, et quod corporis custodiam Celtiberis permisisset, ideo ipse *perfuga Celtiberus* dici poterit. Nam *Celtiberam perfugam* dici non qui cum Celtiberis ntionie sit, nd alium transfugerit, set qui nd Celtiberos confugerit nego. At neminem imperatorem invenias, qui recte *perfuga Celtiberus* ndpellri poterit. Praeptionem a excidisse certissimum est, at quid impedit, quo minus ante *perfuga* eam fuisse statuamus? Quod si ita locum corrigimus, ut imperatori a *perfuga Celtibero* cavendum esse exprimat, fuisse locum nobis fingere possumus, ubi illa verba scripta fuerint, videlicet in litteris, quae ab hoste nnt ab amico ad Pompeium missae erant.

*3 [Kr. 4. G. 20]. Huac igitur redarguit Tarquinius.

Donat. ad Ter. Ad. III 2, 14: *Iram hanc* [*Hanc*] *interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro atroque ut 'tuaque antnam hanc effundere dextra?' et 'hunc ego te, Euryale, aspicio'?* Set nunc pro utroque *hanc* dixit, ut Sallustius de scriptiione Celtiberi ait: hunc igitur redarguit Tarquinius. Cum Celtiberi nomen ostendat illo Sall. loco sermonem de rebus in Hispania gestis fuisse, non minus neuto quam vere Carrio *Tarquinius* restituendum censuit (vid. fr. 4). Quamquam illud incertum est, utrum locus II m III libri fuerit. Set cum ex Donati verbis ndparet, hoc dictum fuisse: ab Tarquino quae Celtiberus quidem scripsisset, quippe ab tali homine scripta, relicta esse, aliquam veri speciem praec se fert haec suspicio, rem factam esse ante eundem Sertorio pntatum. Diffisum esse Sertorium Romnis nec nisi diu cunctatum tandem ad coenam in Perpuuae domum venisse constat (Drum. IV p. 374). Nam igitur veri dissimile est, Sertorium ab Celtibero litteras accepisse, quibus ne ad coenam iret deterreretur, Tarquinium autem, quippe qui in conuratis esset, quamvis ceteros non novisset, eas suspensiones redarguisse?

4 [Kr. 3. G. 17]. Igitur discubere, Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis: in

summo Autouius et infra scriba Sertori Versius: et alter scriba Maecenas in imo melius inter Tarquitium et dominum Perpennam.

Haec de coena dicta fuisse, inter quam Sertorius a. 72 Oseae a Perpennae eiusque sociis occisus est, certissimum est. Cfr. Drum. IV p. 374. Momms. III p. 31. Adtulit autem ea Serv. ad Aen. I 698 ut doceret in triclinio medium locum, quia domini apud maiores fuisset, honestissimum habitum. Pro igitur Guelf. II *ideo*, tum praenomen Fabii Titius L., Tuccius R. Guelf. II, postremo inter *arquinium et domum Perpennae* L. R. Vos. Guelf. II. Guelf. I omnem locum omisit. Ultima verba commemoravit etiam Non. p. 163, quo dominum esse cui serviretur ostenderet. Ibi libri: *alteri scribam et cenam*. Omnis locus iam dudum secundum aliorum scriptorum testimonia emendatus est.

* 5 [Kr. 5. G. 19]. Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris.

Propter *redemptoris* vocabulum adlata sunt haec verba ab Schol. ad Hor. Epist. II 2, 72. Secundum ea quae App. b. c. I 115 p. 530 Bekk. de Perpennae adprehensione memoriae prodidit, dubitari nequit, quin ad eam rem spectaverint eamque ab eussam libro III adsignanda sicut.

6 [Kr. 7. G. 83]. Parte consumpta relicua cadaverum ad diurnitatis usum sallerent.

Prisc. X p. 546: (*Sisenna*) a '*sallio*' '*sallendorum*' dixit, non '*sallendorum*', *Sallustius vero in III historiarum: parte — sallerent salleverit* dixit a '*sallo*', non a '*sallio*'. Dioned. p. 375: *sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes 'sallitus sum' dixerunt a positione 'sallo' non 'sallio', ut Sallustius historiarum quarto ait relicua cadavera ad diurnitatem usus sallere*. — Rem illustrat excerptor Val. Max. VII 6, 3: *Horum truce pertinaciam in consilii facinore Cologurritanorum execrabili impietas supergressa est. Qui quo perseverantius interempti Sertorii cineribus ostidionem frustrantes filium praestarent, quia nullum tum aliud in urbe eorum supererant animal, uxores suas natosque ad usum nefariae dapis verterunt, quoque diutius armata tuentis viscera sua visceribus suis aleant, infelices cadaverum reliquias sallire non dubitant*, unde simul verba in Prisciani libris rectius quam in Dionedis tradita esse adparet.

7 [Kr. 6. G. 11]. Set Pompeius a prima adulescentia sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi facta consultaque eius quidem aemulator erat.

Non. p. 163 hunc locum s. lenimate *aemulus est sectator vel imitator* adtulit, libri vero *aemulatus erat* exhibent. Tum apud eundem p. 342 sub lenimate *accusatus pro genetivo* prima verba usque ad *Alexandro regi* posita sunt. Cum igitur Nonius priore loco ob substantivum *aemulus* haec verba commemoraverit, altero loco nullus genitivus pro accusativo inveniatur, ergo relicua verba excidisse luce clarius sit, plerique priores editores *aemulus erat* scripsero. Contra Kritzius, grammatici lenimatis nihil tribuendum esse dictitans, *aemulatus erat* recepit eiqno Gerlachius obsecutus est. Quam audaciam etiam superavit Wagner. A. g. IX p. 196 *dicta consultaque eum aemulatus erat* rescribi iubens. At audacius videtur tantam confusionem ac perturbationem bono grammatico imponere, cum praesertim altero loco verba illa nullo modo adferre poterit, si *aemulor* in eis fuit; set si *aemulus erat* scriptum fuit, mirum id

in *aemulatus erat* ab librariis conmutatam esse. Qua re mihi scribendum visum est *aemulator*, quo recepto et grammatico iniungendum crimen minuitur et minus inaudita locutio est. Nam veteres scriptores non fugisse substantiva a verbis facta cum eodem casu atque verba ipsa construere Plauti exempla docent, Amphitr. 519: *quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut mutatio?* vid. Krüg. gr. lat. 473 adu. I p. 626.

8 [Kr. 54. G. 23]. Atque eum Curio, laudatum adcausumque praemiorum spe, quibuscum optavisset ire iubet.

Non. p. 241, quo *optare* idem esse atque *eligere* ostenderet. Quod in eius libris scriptum est *Cupio*, recte emendavit Carrio. De G. Scribonio Curione vid. ad II 33. Cum ab eo Dardanos et Moesos victos esse eumque ad Danubium usque progressum esse ex Sexto Rufo 7 et Eutrop. VI 2 constet, quae sequuntur fragmenta rectius hoc loco ponuntur, quam eum Ponti Euxini descriptione iunguntur.

9 [Kr. 55. G. 99]. Nomenque Daubium habet.

Arna. p. 218. *Sol. Hist. III de flumine genere neutro*: nomenque Danubium habet. Eadem eandem ob causam adtulit Aeron. ad Hor. Ep. II 3, 18.

*10 [Kr. 56. G. 100]. Gell. N. A. X 7: *Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Graeci τὴν εἰσὼ θάλασσαν appellant, maximum esse Nilum consentitur. Proxima magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius*. Quae verba scriptoris fuerint, quamvis divinare frustra cupias, tamen ab Sallustio *proxima magnitudine* scriptum fuisse veri simillimum est.

*11 [Kr. 8. G. 10]. Eum atque Metrophanem Sertorius magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant *****.

Non. p. 366: *scaphae sunt naviculae, quae maiores naves consequuntur*. *Sallustius Hist. lib. III*: eum atque Metrophanem senatus magna industria perquirebat eum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatur miserant. Facilis ultimum verborum emendatio est, sed obscurissima relicta verba. Quibus aliquid lucis eo adfunditur, quod Metrophanem apud Mithridatem potentem et gratiosum fuisse multasque res eius iussu administrasse memoriae proditum est (App. b. Mithr. 29 p. 346 Bekk. Oros. VI 12. Isid. Orig. II 11, I p. 75 ed. Otto). Tum cum ex ultimis verbis de itinere eius maritimo sermonem fuisse adpareat, magna enim veri specie viri docti suspicati sunt, cum Fannio et Magio, legatis ab rege ad Sertorium missis (vid. ad fr. II 49), socium et eomittem additum fuisse. At in isto audacius senatum esse quem Sertorius sibi delegerat (App. b. c. I 108 p. 525. Plut. Sert. c. 23) autamarunt. Nam qui de ea re narraverunt scriptores, ab Sertorio legatos illos ad senatum adductos esse tradiderunt; quae senatorum in perquirendis illis fuerit industria quoque modo eum operam adhibere potuerint, nulla ratione invenitur. Nec credibile est eum, qui perquisivit legatos, scaphas ad ostia circum misisse, eum nisi antea adventus cognitus fuisset, eos perquirere non potuisset. Qua re corrigendum putavi *Sertorius* et extrema verba manca esse. Miserant legati scaphas myoparonem, quo iter faciebant, secutas, ad ostia cum fidis, qui ibi tuto in terram descendere possent

percunctarentur. Per eas Sertorius de adventu illorum certior factus summam operam posuit in eis perquirendis, inventosque in Dianium (Cic. in Verr. I 34, 87) deduxit. Ceterum cum duos Romanos missos fuisse constet, vide annon pro eum scribandum sit eos. Lib. III ex errore scriptum esse apud Nonium in propatulo est, quamquam qui libro II eam rem narratam fuisse contendat, hanc facile refutari poterit.

* 12 [Kr. 9. G. 79]. Illi tertio mense perveneré in Pontum multo celerius spe Mithridatis.

Arus. p. 221 sub lemmate *citius sive celerius spe*, non addito libri numero. Mendum librorum *illo* recte vv. dd. conrexere. Ad nullam rem aptius haec referri, quam ad legatorum ab Mithridate ad Sertorium missorum ex Hispania reditum (vid. fr. 11) acute perspexit Kritzius.

13 [Kr. 10. G. 85]. Ingens ipse virium atque animi.

Arus. p. 236: *ingens illius rei. Virium* de copiis ad bellum adparatis intellegi non posse, inde adparet, quod *vires* eodem prorsus modo atque *animus* enim *ingens* coniunctae sunt, ergo eiusdem esse debent, cuius *animus* est. Cum Mithridatem corpore magno ac valido fuisse constet (vid. fr. II 47), de eo haec verba dicta fuisse veri simillimum videtur.

14 [Kr. 11. G. 80]. Equis et armis decoribus cultus.

Prisc. VI p. 236: *invenitur tamen etiam simplex 'decor decoris' paenultima correpta apud vetustissimos, quando pro 'decorus decora decorum' accipitur* — Sallustius in III: equis — cultus. De Mithridatis exercitu haec dicta fuisse facile Kritzio concedo, nec vero de untato armorum genere, de quo vid. Plut. Luc. 7. Nam *arma decora* per se non sunt splendida, magnifice ornata, set qualia bellatorem decent.

15 [Kr. 14. G. 84]. Nam tertia luna erat et sublima nebula caelum obscurabat.

Non. p. 333: *Sublima pro sublimis. Libri tertia tunc; ante A tetra tunc, terna tunc* AJ. *thracia tunc* nisJ. Acutissime Kritzius perspexit haec dicta fuisse de nocte obscura qua Mithridates ad Cyzicum castra promovit (Plut. Luc. 9), ostendens tertiam lunae noctem tenni luce illustrari. Illustrationem autem huius fragmenti absolvit Mähly N. Ann. LXXVII p. 80 luna pro tunc scribendum vel ei addendum esse censens.

* 16 [Kr. 16. G. I 133]. Servius ad Verg. A. XI 421: *non est indicanda victoria, quae per immensa detrimenta contingit; et hoc est unde laudat Sallustius duces, quia [cour. qui] victoriam incruentato [al. incruento. Gneff. I incruentam de] exercitu reportaverunt, ex eoque Isid. Or. XVIII 2, 1 p. 561 O.: non est incunda [cour. indicanda] victoria, quae per immensa detrimenta contingit. Et hoc est, quod laudat Sallustius duces victoriam incruento exercitu deportasse.* Horum testimoniorum illustratorum laus Kritzio debetur. Scilicet ea ad Lucullum spectasse ostendit locus Oros. VI 2: *Apud Cyzicum Lucullus incruento milite spectator cladis alienae novum genus victoriae adeptus est.* Cum vero uno consensu Plut. Luc. 9: *διὸ καὶ περιλαβὼν τῇ διανοίᾳ τὸ μέλλον οὐκ ἀπεκρῦ-*

ψατο τοὺς στρατιώτας, ἀλλ' ἄμα τῷ θέσθαι τὸ στρατόπεδον καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων γενέσθαι συναγαγῶν αὐτοὺς ἐμεγαληγόρησεν ὡς ὀλίγων ἡμερῶν ἀναιμωτῶ τὸ νίκημα παραδώσων αὐτοῖς, et Arh. h. Mithr. 72 p. 350 Bekk. καὶ δι' αὐτομόλων ἐπιγνούς εἶναι τῷ βασιλεῖ στρατιὰν μὲν ἀνδρῶν ἀμφὶ μυριάδας τριάκοντα, ἀγορὰν δὲ εἰ τι σιτολογοῦντες ἢ ἐκ θαλάσσης λάβοιεν, ἔφη πρὸς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἀμαγὶ λήψεσθαι τοὺς πολεμίους ἀντίκα καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος αὐτοῖς ἐνεκελεύετο μνημονεύειν, Lucullum militibus incruentam victoriam promississe contestentur, veri simile videtur sententiam illam in oratione Luculli ad milites habita fuisse, praesertim cum eam non de uno Lucullo, sed in uivorsum de ducibus omnibus, atque adeo oratione obliqua dictam fuisse ex Servi verbis concludi possit ('summis laudibus semper clatos esse duces, qui —'). Ceterum *incruento exercitu* verba ipsius Sallustii fuisse certum est, cfr. Ing. 92, 4.

17 [Kr. 13. G. 52]. Ad Cyzicum perrexit firmatus animi.

Arus. p. 232: *firmatus illius rei*. Quin Lucullus intellegendus sit, dubium non est.

18 [Kr. 17. G. 87]. Castrisque conlatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur.

Non. p. 220: *Ingenium veteres dixerunt et sua sponte vel natura*. Rem illustravit Kritzius conlato loco Arh. h. Mithr. 72 p. 381 Bekk. οὗς ὁ Μιθριδάτης συνθίμενος ἀνοήτως μάλα καὶ ἀνυπόπτως περιείδε Ῥωμαίους δια στενοῦ παραδεδυμένους ἀδειῶς καὶ ἰπιτεχνίζοντας ἀντιῶ μέγα ὄρος, οὗ κρατοῦντες αὐτοὶ μὲν ὀπισθεὶν ἱμελλόν ἀγορὰν ἀδειῶς ἐπάξεσθαι. Μιθριδάτην δὲ λίμνη καὶ ὄρησι καὶ ποταμοῖς ἀποκλείσειν τῶν κατὰ γῆν ἀπάντων, ὃ τι μὴ γλισχροῦς ποτὶ λάβοι, οὔτε ἐξόδους ἐνείκας ἔτι ἔχοντα οὔτε βιάζεσθαι θυνάμενον ἔτι Λοῦκουλλον ὑπὸ τῆς δυσχωρίας ἧς κρατῶν κατεφρόνησεν.

19 [Kr. 20. G. 55]. Duos quam maximos utris levi tabulae subiecit, quam super omni corpore quietus *insidens* in vicem tracto pede quasi gubernator regeret iter. Ea inter molem, quae insulam ***** mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit.

Non. p. 126: *Vitabundus pro vitans*. Sallustius *Historiae lib. III*: duos *form. L.* quam maximos utris levi tabulae subiecit, quam [qua *ante A.*] super omni corpore quietus invicem tracto pedes [tractu pedis *ante A.* tr. pede *Ad.*] quasi [quas *L. A.*] gubernator extiteret [existere *edd.*], ea inter molem quae [atque *JM*] insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit. Comparemus primum locos veterum scriptorum, qui de eadem re memoriae prodidere, Sallustium partim haec dubie secuti. Frontinus igitur *strateg. III 13, 6*: *L. Lucullus Cyzicenos obsessos a Mithridate ut certiores adirent sui faceret, cum praesidiis hostiam teneretur introitus urbis, qui unus et angustus ponte modico insulam continenti iungit, nullum e suis navium et nauticae artis peritum iussit*

insidentem duobus inflatis utribus litteras insutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus commiserat, ire septem milia passuum traiecit. Quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus velut gubernaculis demissis eursum dirigeret et procul visentes, qui in statione erant, marinae specie beluae deciperet. Flor. I 40, 16: sed fiduciam oppidanis resistendi nuntius fecit, docens adventare Lucullum, qui — horribile dictu — per medias hostium naves utre suspensus et pedibus iter gubernans, violentibus procul quasi marina pristis evaserat. Oros. VI 2: Lucullus ad Cyclicenos, ut bono animo essent, nuntium misit unum ex militibus nandi peritum, qui duobus utribus suspensus, mediam ipse regulam tenens plantisque subrenigans septem milia passuum transievit. Ex quibus adparet talem machinam fuisse, ut natae corpus in utribus positum esset, pedes vero in aquam libere porrecti remigarent. Sed quid verba Sallusti, uti apud Nonium scripta sunt, significant? Exstitisse illum super tabula, quae utribus inposita erat. Atque existeret quidem multo minus ferri potest, quod in eo verbo non standi sed proveniendi notio inest. Quod si extaret scribendum putes, quo modo ita pedibus in vicem tractis — ita enim, *tracto pede*, scribendum esse reute Kritzius docuit — gubernare navigium potuit, quo modo homo ita extans marinae beluae speciem praebere? Unde mihi satis certum videtur *extiteret* conruptum esse, nec minus in eo latere, quod cursus directionem et gubernationem exprimat. Verum esse, quod scripsi, *regeret iter*, nolo contendere, sed nihil melius in mentem venit. Illud confidentiore animo suspicor, ante in vicem excidisse *insidens*, quo recepto carere possumus Carrionis mutatione *qua super*, efr. Cic. d. Fla. II 18, 50: *super eam adsidere*, d. Leg. II 26, 66: *super terrae tumultum noluit quicquam statui*. Sed etiam difficiliora sunt verba, quae secuntur, quae plerique Carrione auctore conrigenda putavere *inter molem atque insulam mari*. Quae si vera esset, *molem* non posset cogitari nisi in continenti extructa et ab hostibus occupata. Nonne ita obscurissime Sallustias scripsisset? nisi forte censens in praegressis tam multa de ea mole dicta fuisse, ut scriptor quidquam adicere supersedere sibi posse videretur. Quae autem via credibile est audacem auctorem in urbem pervenisse? Longum fuisse iter cum per se, si quae loca Lucullus obtinerit consideraveris, apertum est, tum Frontinus et Orosius testantur. Et omnia propinqua loca hostes tenebant, atque adeo in ipsa insula Dindymenum collem (Momms. III p. 51). Unde non credibile est illum per angustius fretum, in quo pons positus oppidum continenti iungebat, adventasse, nec ad alium locum remotiorem adpulisse, quo ducit etiam quod in Sallusti verbis scriptum est *mari*, quod de angusto freto dici non potuit. Postremo quo consilio *molem* extruebantur? Ut littora adversus fluctus munirent. Quid igitur impedit, quo minus hoc quoque loco de tali mole cogitemus? Et nonne ut verba apud Nonium scripta sunt, aliquid excidisse ostendunt? Quod si ita scriptum fuisse statuerimus: *inter molem quae insulam a mari munuit et montem Arcton* (Strab. XII p. 808 Mein.) *mari ad oppidum pervenit*, et probabilem causam, ob quam illa excidisse arbitremur, habebimus et relicta omnia plana et aperta erunt. Ceterum vix est quod moveam, *Arcton montem* me nullam aliam ob causam posuisse nisi at aliquem locum insulae nominare, qui locus ab ipso Sallustio dictus fuerit me divinare non posse.

20 [Kr. 21. G. 57]. Unde pons in oppidum pertinens explicatur.

Arus. p. 256 sub titulo *pertinens in illam rem*. Libri numerus ex cod. Ga. additus est. Non possum adsentiri Gerlachio, haec de ponte accipienda esse censenti, qui ex turri a Mithridate moeculus Cyzici ad mota demissus est (App. b. Mithr. 73 p. 382, 9 Bekk. 74 p. 382, 19 sq.). Nam is pons non in oppidum pertinuit, sed in muros, neque reute dicitur

explicari, id quod Kritzius cum illam sententiam conprobaret, ipse persensit. Rectius igitur is in ed. novissima intellexit de ponte, qui oppidum continenti iungebat. Cum Strabo XII p. 808 duos tales pontes fuisse dixerit, aut alterum postea additum esse statuendum est, aut alterum non oppido adiunctum fuisse. *Explicari* dici potuisse id quod libere extenderetur, porrigeretur, intellegitur ex Cic. loco ad Att. IV 10, 14: *ut forum laxaremus et usque ad atrium Libertatis explicaremus*. Videtur igitur dictum fuisse de loco, ab Mithridate occupato, a quo pons ille angustiore aditu tum latior et expeditior in urbem porrigebatur.

21 [Kr. 22. G. 92]. *Manns ferreas et alia adnexu idonea iniicere.*

Arus. p. 212: *Idoneum facta. Sallust. Hist. III.* Quod in cod. Gu. qui solus hunc locum exhibet, scriptum est *factus et adnexa*, recte Lindem. emendavit. Ad quam rem haec pertinuerint, dubium non est, cum Appianus b. Mithr. 74 p. 382 Bekk. de machinis a terra in Cyzici moenia minutis haec tradiderit: *τοὺς μὲν οὖν χειρῶς λίθους ἀπικαλύζον ἢ βρόχους ἀνέκλων ἢ φορητοὺς ἰσίων τῆς βίας ἐξέλκων*.

22 [Kr. 23. G. 56]. *Saxaque iugentia et orbis axe iuncti per proum iucitabantur, axibusque eminebant in modum erici militaris verula bium pedum.*

Non. p. 381: *verutum est telum breue et angustum. Sallustius Hist. lib. III.* Quod libri corrupte exhibent *turbae saxae iuncti*, Turnebus Advers. VIII 7 emendavit; nec minus recte librorum mendum *axibusque iucitabant* iammodum correctum est. Ultima verba commemoravit Serv. ad Verg. Aen. IX 505: *Namque in armorum generibus milites imunt ab animalibus nomina, ut 'arices'. Sallustius: in modum heri [erici]; R. erici, L. hyrei] militaris, ex coque Isid. Or. XVIII 12, 6 p. 560. Quamuis autem talium machinarum Cyzici ad defendenda moenia usum fuisse non praestricte negaverim, tamen fatcor aptiores eas fuisse in oppido, quod in loco adlivi situm esset. Qua re in incerto relinquam annon de obsidione Calaguris oppidi haec dicta fuisse rectius censenda sint (vid. fr. 6).*

*23 [Kr. 24. G. 58]. *Et onere turrimm incertis navibus.*

Serv. ad Verg. A. I 576: *Contrario 'incertis' pro tardis Sallustius: et — navibus. Cum in omnibus historiis nullus locus reperitur, ubi turres navibus impositae fuerint, nisi in Cyzici obsidione, qui illa verba in lib. III fuerint non dubitandum.*

24 [Kr. 25. G. 62]. *Nam qui enare conati fuerant, icti saepe fragmentis navium aut adflieti alvos undarum vi muleato foede corpore postremo interiire tamen.*

Non. p. 275: *Tamen significat tandem. — Sallustius Histor. lib. III:* nam qui enare conati fuerant icti saepe fragmentis navium aut afflieti alvos undarum vi muleato fede corpore, postremum intereunt tamen [*iteres* ms. Viet. *interent* vel *interent* L. *iterent* W]. Arus. p. 215: *Afflicti istam rem. Sal. Histor. III: adflieti alveos [alveo Gu.] undarum [vi uterq. cod. om.] muleato [muleato cod. M. muleato Gu.] interibant. — De qua re haec dicta fuerint, nempe de eis qui in navibus Mithridatis ad moenia Cyzici disiecti fuerant [App. b. M. 74. Plut. Luc. 10], dubium non est. Mendum ap. Non. *frumentis* rectius Merc. emendavit *fragmentis*, quam alii *ferramentis* scribentes. Cum nitem ab *ois* ad sententiam praene ineptum sit, neque locus ab Arusiano adferri poterit, nisi in eo scriptum fuisset accusativus partem corporis significans, *alveus* atique probandum*

est, quod praetuli *aleos* propter consuetudinem Latinorum dicendi. *Vi* recte ex Non. additum esse, nec minus recte scribi *mulcato* (apud Hieron. adv. Iovin. I 48 T. II p. 316 restituendum *novissime verterunt in eum impetum et mole mulcatum* [libri mulcatum] *fugientemque diu persecutae sunt*) in propatulo est. Dubitari poterit de ultimis verbis, set cum Arusiani nihil interfuerit, ut omnia plene perscriberet, Nonius ob *tamra* locum commemoraverit, quod ad eius libros proxime adcedit, rescribendum esse facile adparet.

* 25 [Kr. 29. G. 61]. Ne simplici quidem morte moriebantur.

Serv. ad Verg. Ge. III 482: '*Nec via mortis erat simplex*', nec moriebantur ex usu l. e. secundum naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis resolutione. Est autem Sallustii, qui ait ne simplici quidem morte moriebantur. — Num recte grammaticens locutionem illam Vergilium ab Sallustio sumpsisse dixerit, in incerto potius relinquendum, quam eum Kritziō affirmandum videtur; multoque minus pro certo habendum Sallustium ea in eadem vel simili re describenda usum esse. Scilicet ne Vergilii quidem locum recte Servius intellexit, ubi mortem non simplicem dicit, quod peneas et interiore aestu et tabo interirent, iamndum perspexere interpretes. Quod si conpertum haberemus, morbi vel pestilentiae quoddam genus ab Sallustio copiosius et accuratius descriptum esse (vid. infra f. 28), de eo haec verba dicta fuisse iure statuere possemus. Cum vero non simplici morte aperte ei emortui sint, qui et vulneribus per fragmenta navium inlatis et fluctibus obruti et exhausti perire, rectius Gerlachius hoc fragmentum ad eandem rem atque fr. 24 rettulit. Utrum autem illud praecesserit, an subsequutum sit, cautius videtur in incerto relinqui.

* 26 [Kr. 26. G. 53]. Quasi par in oppido festinatio, et iugens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam omnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis adversa aestu maris.

Non. p. 91 s. v. *madore*. Prise. VI p. 235: '*mador madōris*'. Sallustius in III *Historiarum*: munimenta madore infirmarentur. — Cum haec ad Cyzici obsidionem pertinuisse cum omnis res (vid. ad fr. 24), tum Appiani l. e. p. 383 haec verba: τὸ τείχος ἐκείθη τι καὶ συνέκλειον ἐς εἰσπίραν — ἀλλ' αὐτὸ νυκτὸς ἀντίκα περιεκοδόμησαν οἱ Κυζικηνοί, ostendant, dubitari vix potest, quid recte nonnulli Noni libri pro III exhibeant III. Pro omnia ed. Aldina inepte *moenia*.

* 27 [Kr. 28. G. IV 38]. Morbi graves ob ineliam insolita vescentibus.

Donat. ad Ter. Hee. III 2, 2: *magis morbus adgravescat] gravior fit. Proprie quia morbi graves sunt dicti.* — Sallust. morbi — vescentibus. In exercitu Mithridatis Cyzicem obsidente et ipso per Laeculum obsessio summam famem et inde gravissimum pestilentiam ortam esse constat (App. b. e. 76 p. 381. Strab. XII p. 809 Meib. Plat. Luc. II. Flor. I 40, 17. Oros. VI 2. Schol. Gronov. ad Cie. pr. l. Man. 8, 20 p. 439), set cum Sallustium de eius pestilentiae causis fusiis dixisse testatum sit (vid. 28), ita autem haec verba minus apta esse videantur — quis enim cum de pestilentia dicit, morbos commemorabit? — malim ea ad obsessionem Calaguritanorum referre (vid. fr. 6 et 22).

* 28 [Kr. 27. G. inc. 63]. Serv. ad Verg. Ge. III 451: *conruptique lacus, infecit pabula tabo; ordinem secutus est, quem*

et Lucretius tenuit et Sallustius: primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta. Cum de alia pestilentia Sallustium in Historiis dixisse nullo testimonio constet, non dubitamus haec verba Servi ad pestem, quae in Mithridatis exercitu ad Cyzicum saevit, referre. Sed erunt fortasse qui mirentur, quod supra ad fr. 25 negaverim pestilentiae quoddam genus ab Sallustio copiosius descriptum esse nos conpertum habere. Scilicet aliud est causas morbi commemorare, aliud morbi genus describere.

* 29 [Kr. 30. G. inc. 88]. Cum Plutarchus Luc. c. 11, postquam equites cum impedimentis et invalidis peditibus ab Mithridate in Bithyniam missos per Lucillum ad Rhynadacum fluvium fusos et profligatos esse narravit, sic pergat: *Σαλονστίου δὲ θαναμάζω τότε πρώτον ὄφθαι Ῥωμαίοις καμήλους λέγοντος*, non dubium est, quin illud eodem loco, quo Cyzici obsidio narrata, scriptum fuerit.

* 30 [Kr. 31. G. 37]. Tota autem insula modica et cultoribus inanis est.

Servata haec verba ab Mart. Cap. V p. 111 ed. Bas. 1580 non dubium est quin ad insulam pertinuerint haut longe ab Lemno sitam, ad quam ab Lucullo cum alios Mithridatis duces, tum Marium ab Sertorio missum captos esse memoriae prodidere App. b. M. 77 p. 385. Plut. Luc. 12.

31 [Kr. 35. G. 97]. Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari et vento gliscente.

Non. p. 14 s. v. *gliscere*. Veri simile est haec dicta fuisse de Mithridatis classe ad Parium per procellam deleta (Plut. Luc. 13. App. b. M. 78 p. 385 sq. Oros. VI 2), sed minus probabilis videtur Kritziū sententia *sustineri* absolute vel potius impersonaliter dictum esse, cum ex *neque* adpareat, praecessisse ad quod is infinitivus pertineret.

32 [Kr. 37. G. IV 48]. Non tu scis, si quas aedis ignis cepit acriter, non faciles sunt defensu quin comburantur proxumae.

Charis. p. 195: *Acriter Crispus III non — proxumae. Pro facile* quod N exlibet, scribendum esse *faciles* perspexit G. Wagner. Act. g. IX p. 192. Tum *qui ne N, quin et* editiones. Plerique omnes ita censent, haec verba fuisse vel in epistula regis Mithridatis, qua post cladem ad Cyzicum acceptam reges finitimos ut auxilium sibi ferrent rogaverit (App. b. M. 78 p. 386. Memnon. ap. Phot. p. 231 Bekk.), vel in oratione ab legato quodam eius habita. Si quid video, aptius pro responso habebuntur, quod reensanti cum summa aulni permotione redditum sit. Sed ne levius olim ad Cat. 35, 3 p. 133 suspiciatus esse videar male haec verba Sallustio tribui — quod obprobrium mihi fecit Wagner. l. c. —, quibus causis adductus ita iudicaverim eo magis exponendum puto, quod etiamnum illam sententiam non prorsus abiiciendam puto. Primum igitur nonne mirum, quod Charisius, qui

quadraginta tribus locis scripturam nostram *Sallustiam* nominaverit, hoc sola loco *Crispam* dixit? nonne mirum quod h. l. solus numerus libri ne titula quidem operis adiecto, quem alibi semper additum videmus, scriptus est? Et nonne Keilii admirabilis diligentia et sagacitas ostendit, hanc paucis locis, quae Charisius scripsisset, ab librariis perturbata et commixta esse? Sed gravius argumentum in ipsorum verborum colore positum est. Ac largiar quidem Wagnero, *acriter*, cum in eo summa vis insit, aptissimae in protasi extrema positum esse, at insalutius quae ab *scis* pendere deberent recta oratione posita esse non negabit. Quamquam id factum esse, quo generalis sententia gravitas ceferretur, sunt qui dicant: quasi id alio modo consequi Sallustius non potuisset. Deinde quis unquam prosaicus non *in scis* scripsit? Au minueretur orationis vis, si consueto *tu nescis* scriptor uti maluisset? Gravior causa cur non *scire* diceret, Plauta fuit Pseud. 226 *quae pactae modo scis, sed quod pactae non scis solvere*. Quae argumenta si quis diluerit, lubentissime me sine causa dubitavisse concedam.

33 [Kr. 30. G. 32]. Postquam egressus angustias.

Arus. p. 227 s. v. *egressus illam rem*. Kritizius de angustis freti Bosphorani, per quas Mithridates myaparonne piratico ecfugit, intellexit. At quid impedit quo minus de angustis locorum cogitemus, quae Lucullo in Pontum intranti permeandae fuere? Cfr. Appian. b. Mithr. 80 p. 388: *Λαύκουλλος δὲ τὴν κάθοδον τὴν ἐς τὸ πεδίον ἱπποκρατούντων τῶν παλαιοῶν ἐκτρέπομενος καὶ περιόδον ἐτέραν οὐχ ὁρῶν, εὗρεν ἐν σπηλαίῳ κρητὸν ὄρειον ἀτραπῶν ἐπιστήματα, ᾧ χρώμενος ἠγμῶν κατὰ ἀσπὸς ἀτριβεῖς περιήλθεν ὑπὲρ κεφαλῆς τῶν Μιθριδάτων καὶ κατήμην μὲν ἐκκλίνας καὶ τότε τὰ πεδία διὰ τοῦς ἵππους, χαράδραν δὲ ὕδατος ἐν προβαλῇ θέμενος ἐστρατοπέδισεν.*

*34 [Kr. 38. G. II 96]. At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat.

Prisc. VIII p. 382: *Sallustius in III historiaram*: at — fatigabat, *'machinata' passiva dicit*. Cum Lucullum fame pressum esse usquam nesciamus, nisi cum regis fuis ingressus esset (Plat. Luc. 14), eamque inopiam Mithridateo arte auxisse constat (App. b. M. 81 p. 388: *καὶ τὸ μὲν ἐνθύμημα μέγα ἦν ἀποκλείσαι τραπῶν Λαυκουλλον, ἐκ μάνης ἔχοντα Καππαδοκίας*), recta Kritizium pro II conrexisse III atque hoc fragmentum ab II 51, quaecum coniunxere Carrio et Gerlachius, separasse Hertzius arbitratus est.

35 [Kr. 42. G. IV 43]. Castellae custodias thesaurorum in deditionem acciperent.

Charis. p. 107: *Pater familias et mater familias antiqui magis usurpaverunt, propterea quod nominativo singularis litteram adiciebant, ut facerent genitivum, haec familia, huius familia, haec Maia, huius Maia, quae declinationem et Sallustius in III secutus ait castella — acciperentur. sed emendatius 'custodias' 'Maiae' et 'familiae' dicimus. quod ne celebraretur Sienna effect.* Serv. ad Verg. A. XI 801: *Nam nec 'huius auras' dicimus, nec 'huius custodias' secundum Sallustium lib. III historiaram, qui ait castella custodias thesaurorum pro 'custodias': ita enim etiam Asper intellegit, licet illi 'custodias' acusativum vetint*. Recte h. l. editores caveant, ne cum *Aspera* insolentiam audacissimam Sallustio adfingere, praecunte Schneidero gr. lat. II 1 p. 21. *Custodias* genitivus non usque obsoletus esset, sed ne latinum quidem loquendi genus, quippe qui custodiis castellorum teneri thesauros dixissent potius. Recte autem Kritizium

acciperent conroxissæ, ex eis quæ Servius mouit luce clarius est. Ceterum Keilius *thensaurorum* in libris Charisii videtur iuuenisse. Denique cum Lucullum, postquam reguum Ponticum ingressus est, dimisisse qui sparsi regiones popularentur et castella obpugnarent, constet (Drum. IV p. 131), cur Charisii eod. fidem negantes hæc quarto libro adsignemus, causam idoneam non video, præsertim cum *lib. IIII historiarum* in ed. Lioniana Servi desint.

36 [Kr. 41. G. 60]. Quarum unam epistolam forte cum servo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere.

Non. p. 380: *scorpio est genus telii*, ubi libri exhibent *una epistula et scorpiõnem*, quæ iam dudum Iunius emendavit. *Valeriant* quin fuerint milites L. Valeri Flaeci, qui duce ab Fimbria interfecto postea Sullæ se dedidere et in Luculli exercitu stipendia mernere, vix dubitari videtur posse (vid. fr. II 49. Drum. IV p. 127). Qui cum epistolam, quam apud servum captum inuenerant, *scorpione in castra misisse* dicuntur, non possunt nisi hostium, ergo Mithridatis castra cogitari. Cum autem epistula intercepta in hostium castra mittitur, duplici consilio id fieri potest, aut ut hostes de proditione edoceantur, aut ut consilia sua cognita et frustrata esse conperiant. Quod si Valeriani illi epistolam a proditore ad imperatorem suum missam scorpione in hostium castra remisissent, ipsi perfidi fuissent. Si ad imperatorem detulissent, certa præmia acceperissent, quæ ab hostibus si capere voluissent, alia ratio mittendi inuenta fuit. Qua re mihi veri dissimile videtur, quod auctore Debossio Gerlachius censuit, hæc rem factam esse, cum L. Magius perfida in Mithridatem consilia iniisset (App. b. M. 72 p. 381). Credo potius epistolam ab Mithridate datam, qua vel auxilia vel conuectum ad se adduci inuississet, interceptam in eius castra missam esse, quo omnis eius spes falsas esse moneretur. Quod Valerianos quidem iubente vel concedente Lucullo fecisse quo minus statuamus, verba per se non obstant.

37 [Kr. 39. G. 48]. At Oppius postquam orans nihil proficerebat, limide veste lectum pugionem expedire conatus a Cotta Vulscrioque impeditur.

Non. p. 381 *pugio est gladius brevis*, ubi una varietas ab Rothio adnotata est: *Vulscrioque* Lm I. De re satis est lectores ad Drum. V p. 343 et Cic. fr. apud Quintil. V 10, 60 (cfr. Op. ed. Orell. IV 2 p. 44) remittere (set vide ad 38).

*38 [Kr. 40. G. 49]. Se eius opera non usuram eumque ab armis dimittit.

Serv. ad Verg. A. XII 84: *'Dimittere ab armis': per transitum [au translationem?] historice usus est verbis. Nam qui ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti. Sallustius de Appio [R. opio. Vos. opido. Qui Oppio conrigendum sit, dubium non est], ubi enim Cotta in contione ab exercitu cogit abscedere, dicit se eius opera non usurum eumque ab armis dimittit. Aut Servius verba scriptoris parum diligenter rettulit, aut, id quod mihi quidem veri similis videtur, M. Aurelius Cotta in contione, quoniam diffideret P. Oppio, se eius opera non usurum eumque ab armis dimittere declarauerat, tum demum quæ fr. 37 narrata, facta sunt.*

Cum Sallustium de Ponti Euxini terrarumque eum adiacentium situ et natura libro III exposuisse certis testimoniis constet, omnia quæ ad eam rem pertinent aut videntur pertinere, coniueta exhibenda putavi,

non quo ea rerum gestarum enarrationi subiecta fuisse crederem, set qua mihi veri simile videbatur, primum Sallustium eodem modo in his rebus versatum esse, atque Ing. c. 17 — ergo *ἔπεισόδιον* illa fuisse — tam cum res non in singula quasi frustula discerpisse, set continuata in conspectum dedisse.

* 39 [Kr. 33. G. 26]. Serv. ad Verg. A. II 325: *Dardaniæ, Troiæ, aut a Dardano, Iovis et Electræ filio, — aut (certe) secundum Sallustium a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit*, non ipsa scriptoris verba referre in propatulo est, set ne illud quidem satis apertum, utrum Sallustius ab Mida Dardaniam conditam, an tantum gentis suæ nomen ei inditum fuisse narraverit. Ceterum cum Kritzius contenderit hæc dicta fuisse, ubi Luculli in Troadem profectio (Plut. Luc. 12) narrata esset, non præfracte illud negabo. Quamquam quid obstat, quo minus regionum ad Hellespontum et in vicinia sitarum descriptionem cum Ponti coniunctam fuisse statuamus (vid. infr. 43)?

* 40 [Kr. 32. G. 36]. Primum Graecorum Achillem.

Serv. ad Verg. A. II 96: *Sane quaeritur, cur Diomedem fortissimum dixerit, cum post Achillem et Aiaceum ipse sit tertius; unde etiam Sallustius ait primum Graecorum Achillem*. Aptiorem, quo hæc dicta fuerint, locum non venio, quam in quo collocanda censuit Kritzius, ubi de Dardania vel Troado expositum erat.

Quem ordinem Sallustius in describendis Ponticis regionibus secutus fuerit, divinare velle quamquam arduum ac difficile est, tamen duo potissimum mihi videntur tenenda esse, primum si quis regiones describat ad eundem locum sitas eoque situ quasi communi quodam vinculo contentas, rationem postulare, ut prius eius, ad quod omnia cetera adiaceant, ambitus ac forma definiatur, quo reliquorum situs et amplitudo facilius cognoscantur ac perspiciantur, idque eo magis observare debuisse Sallustium, cum adeo eas gentis, quæ in orientali ac septentrionali littore Ponti habitarent, commemoraturus esset; tunc nullum aptiorem locum fuisse, ubi *ἔπεισόδιον* hoc inderet, quam cum Mithridatem post cladem ad Parium acceptam (fr. 31) exigua navicula in Pontum aufugisse narrasset (vid. ad fr. 33), ea autem occasione Sallustianum inde veri simile esse, quod angustias Bospori ab eo diligentius descriptas esse fragmenta ostendunt, et ab eò loco in omni descriptione orsum esso adparet ex fr. 46.

* 41 [Kr. 53. G. 40]. Qua tempestate ex Ponto vis piscium erumpit.

Serv. ad Verg. A. IV 132: *Plus est (vis), quam ut diceret multitudo; unde Sallustius: qua — erumpit*. Eadem minus recte refert Schol. ad Iuv. Sat. 4, 42: *itoque tempestate piscium vis ponto erupit*, ubi quæ Schurzleischius coniecit, *finalique tempestate et magna vis*, probabilia non esse perspicuum est.

* 42 [Kr. 52. G. 61]. Crebritate fluctuum, ut aquilone ***** solet.

Serv. ad Verg. A. I 116: *crebras enim fluctus facit aquilo, ut Sallustius: crebritate fluctuum ut aquilone solet* [LR Vos. *aquilone sonet*. Dnu.

aquilo solet). Quoniam ubicumque *solet* impersonaliter dictum, aut nihil adiectum (Cic. pr. Cluent. 59, 161) est, aut quod conditionem significet, *aquilone* autem pro ablativo quo efficiatur crebritas fluctuum non haberi non potest, participium exidisse mihi certum videtur.

Fragm. 41 quin ad capturam piscium ad Byzantium factitatum (Strab. VII p. 440 Mein. Tacit. Ann. XII 63. Ad Lyeiae oram similis res fiebat; cfr. Polycharm. fr. I vol. IV p. 479 ed. Müller, ubi Mein. Exc. in Ath. II p. 16 conrexit ἀόριον; vid. Stiehle Philol. IX p. 505) spectaverit, non magis dubium est, quam ita in descriptione Bospori fuisse certum. Minus certum nam etiam fr. 42 ad eandem rem referendum sit. Nam quamquam Plin. H. N. IX 20, 51 et Ambr. Hexaem. V 10 tum thunnos ex Ponto exire testati sunt, cum aquilo flaret, tamen quid obstat, quo minus his verbis difficultatem ex Propontide in Pontum navigandi significatam fuisse arbitremur?

* 43 [Kr. 50. G. 40]. Serv. ad Verg. Aen. II 312 [*Sigea igni freta lata relucent*] '*Lata*' autem ideo, quia se angustiae Pontici [codd. Pont. Guelf. I *pontifici*] oris illic dilatant, ut Sallustius dixit. De quibus verbis Kritzius: 'in quantum Sallustii sunt, incertum est. Hoc tantum modo liquet, auctorem iis usum esse, quum de forma maris Pontici loqueretur. Ea Servius, locorum nulla ratione habita, dictionem modo respiciens imperite ad mare Sigeum retulit'. Facile largior grammaticum Sallusti loco ad interpretanda Vergili verba abusum esse, set quo iure eum de loco, de quo Sallustius dixisset, erravisse statuimus? *Pontici oris* vocabulo omnia illa angustiora maria, quae inter Asiam et Thraciam sunt, Bosporum, Propontidem, Hellespontum, comprehendi cur negandum est, quamquam *Ponti os* Cicero Bosporum dixit (in Verr. IV 58, 129 ibiq. Halm? Nonne autem ei qui ex Ponto in mare Aegaeum navigat, ab Sigeo angustiae se dilatari videntur? An incredibile est Sallustium de Sigeo dixisse, cum de Dardania eum commemoravisse constet (fr. 39).

* 44 [Kr. 49. G. 41]. [Nam] speciem efficit Scythici arcus.

Serv. ad Verg. A. III 533: *curvatus in arcum*. — *Sic de Ponto Sallustius* [Guelf. I *sumpsit*], unde hic tulit colorem: [nam] speciem efficit [Guelf. I *efficit*] Scythici arcus. Sallustio de Ponti figura et aquae indole cum aliis geographis convenire certatim viri docti ostendere.

* 45 [Kr. 51. G. 38]. Ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera.

Serv. ad Verg. Aen. II 228: *Tristior: comparativum posuit pro positivo*. Quando enim tristis est Venus, ut nunc tristior diceretur? (Sic Sallustius: ipsum — cetera). Id. ad XII 143: *tale est illud Sallustianum mare* — cetera, cum nullum dulce sit. Prisc. III p. 32: *est quando ad contraria comparatur et minus positivo significat, ut: mare — cetera. hic enim non ad dulcius, sed ad amara facta comparatione ostendit parvum aliquid dulcedinis quam cetera habere Ponticum mare*. Idem ob quam addito Sallusti nomine laudat XV p. 1013 P. Donat. ed. II p. 1745 P. p. II L. *saepe minus a positivo significat, quomodo recipiat comparationem, ut: mare — ce-*

tera. Serg. in Donat. p. 1841 P. *Ac eum Sallustius dicit mare — caetera — comparatiuus non solum comparatiuus non est, sed nec positiuus. Nam mare non moda dulcius non est, sed nec dulce quidem.* Macrob. Sat. VII 12 p. 257 ed. Bip. *et totam superficiem eius (Ponti) infectam esse dulci liquore, praeter quod ait Sallustius mare — cetera, est hoc quoque testimonio cet.*

*46 [Kr. 43. G. 42]. Igitur introrsus prima Asiae Bithynia est, multis antea nominibus adpellata.

Serv. ad Verg. A. V 373: *Bebrycia autem ipsa est Bithynia. Sallustius: igitur — appellata. Ipsa enim est et maior Phrygia.* Id. ad V 203: *interior, sinisterior. — Sallustius: igitur introrsus prima [V primae] Asiae Bithynia est. Cfr. Isid. Or. XIV 3, 39 p. 439: Prima Asiae minoris Bithynia in Ponti exoritur ad partem solis orientis, aduersa Thraciae saecit, multis antea nominibus appellata. Nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia nuncupata. Ipsa est et maior Phrygia.* Verba ipsa enim — Phrygia omnes editores pro Sallustianis habuere, unus Gerl. et sustulit. Sed quid? Sallustium sic ipsa dixisse credibile est? Credine potest, eum cum dixisset antea Bithyniam multis nominibus adpellatam fuisse, sic perrecturum fuisse, non potius ut Isidorus perrexerit? Profecto graumatium illa olent, non scriptorem praeclaram. Cum vero Kritzius Sallustium contenderit huius fragmenti verbis ipsam Ponti descriptionem exorsum esse idque et *prima Asiae et igitur docere, si terrarum Pontem adiacentium dixisset, concederem.* Nam antea de Pontico mari dictum fuisse ex *introrsus* perspicuum mihi videtur.

*47 [Kr. 44. G. 47]. Porph. ad Hor. Od. I 17, 18 p. 84 ed. Pauly: *Anacreon lyricus poeta teius fuit, i. e. ab urbe Teio, quam in Paphlagonia esse Sallustius indicat cum de situ pontico loquitur.*

*48 [Kr. 45. G. 45]. Proximum.

Non. p. 358: *Proximum dicebant veteres non solum adhaerens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. — Ita et Sallustius in situ Ponti de promunturiis, Paphlagonum et quod triu metopon appellatib. posuit. Adparet ab Sallustio Κρητῶν μέτωπον, quod est in Chersonneso Taurica, et Carambis, promontorium Paphlagoniao solum eminens (Strabo II p. 168 Mein.), proxima inter se dicta esse. Nam cur de parvo et minus noto promontorio, quod Syrias adpellatum est, eogitemus, Noni verba non satis causae praebent, modo post *promunturiis* comma ponamus. Scilicet is pluralis duo complectitur, alterum Carambis vel Paphlagonum, alterum quod eriu metopon S. appellauit. Quamquam autem negari non potest, Sallustium illud dicere potuisse in Paphlagoniae descriptione, tamen mihi quidem multo veri similis videtur, cum de hac re eadem ratione scripsisse ac Strabonem l. e., ubi de forma ac figura Pontici maris agebat, ergo hoc fr. post 44 ponendum esse.*

*49 [Kr. 46. G. 39]. Dein campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, a Tanai flumine, incertum quam ob caussam, digressae.

Serv. ad Verg. Aen. XI 659: *Tanais fluuius est, qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitauerunt. Unde se postea ad Thermodonta, fluiam Thraciae, transtulerunt. Quod etiam Sallustius testatur dicens: Dein campi Threissi [V. Themiscyret. R. Thrae Treueyrei. Vos. Threueyret. Guelf. I thais seyret. Guelf. II thames seyrei], quos habuere Amazones — digressae. Cum adiectiuum graecum Θρησκύ-*

πριος ap. Apoll. Rhod. II 371 et 985 legatur, vide annon apud Sall. secundum Servi libros scribendum sit *Themiscyret*.

50 [Kr. IV 21. G. IV 57]. Namque primum Iasonem novo itinere Aetiae hospitis domum violasse.

Cum ap. Prise. VI p. 246 libri meliores omnes libri numerum III teneantur, cumque illud dictum fuisse in descriptione Ponti apertum sit, inmerito Gerlachium adparet cessisse Kritzi argumentis, ut ex tertio, ubi antea posuerat, hoc fragmentum in quartum librum reiceret.

51 [Kr. 47. G. 44]. Scythae nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt.

Acr. ad Hor. Od. III 24. 9. p. 336 ed. Pauly: *Scythae campestres dicti, quod in campis sine tectis sub tentoriis vivunt, quae carpentis moventur, ut Sallustius in quibus plaustra sedes sunt. Cum in nullo modo ferri possit, acute Pauly perspexit latere in eo III i. e. libro tertio. Porph. ad eund. I. Campestres quod in campis sine tectis vivunt dicti sunt, de quibus et Sallustius sic ait: Scythae nomades tenent quibus plaustra sedes sunt.*

*52 [Kr. 18. G. 43]. Namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Aethiiae atque Tauri sunt, quod, quantum conicio, locorum egestate rapto vivere coacti.

Schol. ad Iuv. XV 115. Vere Kritzius monuit, cum nulla res bello gesta Taurorum et Aethiaco commemorandum ausum praebere potuisset, hunc locum in descriptione Ponti fuisse statuendum esse.

Fragmenta ad bellum Macedonicum pertinentia autem ea, quibus de bello Mithridatico agitur, posui quod Macedonia Italiam et Hispaniam propior est, quam Asia minor. Quae ad bellum maritimum referenda, hic pono, quoniam veri simile videtur, illud data occasione cum bello Mithridatico coniunctam fuisse, cum propter hoc rursus plus operae illi ab Romanis tributum esse constet (de Creta cfr. App. Sic. 6 p. 46 sq. Bekk.).

53 [Kr. 31. G. 91]. Inter recens domitos Isauros Pisidasque.

Arus. p. 237: *inter illud pro eum illud agitur. Kritzius ea verba ad bellum Mithridaticum rettulit, ductus his verbis Appiani b. M. 75 p. 383 extr.: τὸ δ' ἀπὸ χρόνου Φρυγίαν Ἐύμαχος Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐπιτρέχων ἔκτεινε Ῥωμαίων πολλοὺς μετὰ παιδῶν καὶ γυναικῶν Πισίδας τε καὶ Ἰσαύρους ὑπήγετο καὶ Κιλικίαν.* Cum secundum Arus. sententia fuerit: cum recens domiti essent Isauri Pisidaeque, mihi veri similis videtur haec dicta fuisse, cum S. in principio piratas rursus viribus atque opibus auctos impudentius quam antea Romanos vexare coepisse exponeret.

54 [Kr. 65. G. 63]. [M. Antonius] perdundae pecuniae genitus et vacuos a curis nisi instantibus.

Pseudo-Asc. in Cic. in Verr. I 60 p. 176 ed. Or.: *Hic est M. Antonius dissolutissimus curator totius orae maritimae, Cretae mortuus, de quo ipse (Cic. in Verr. II 23, 97) dicit: 'et post M. Antonii infinitum illud imperium senserant', et quem Sallustius ait perdundae pecuniae genitum et vacuum a curis nisi instantibus. Arus. p. 232: Genitus illi rei faciendae. Sallust. Hist. III: perdundae pecuniae genitus.*

55 [Kr. 59. G. 54 adiunxit]. Apud Schol. ad Iuv. S, 105 haec leguntur: *Antonius trium Antoniorum corruptos illae Sallustius: qui orae maritimae qua Romanum esset imperium contrarius piratis*. Quae corrupta esse cum omnes viri docti intellexissent, variae rationes initae sunt. Igitur Rubnk. ad Vell. II 31,3 corrigenda censuit: *Antonius triumviri Antonii pater, curator, ut ait Sallustius, orae maritimae* (vid. ad 54), *qua Romanum esset imperium, contra piratas*. Gerlachius antea: *Trium Antoniorum consulum pater ille, qui orae maritimae, qua R. e. i. praefuit [contrarius piratis]*, in ed. noviss. *trium Antoniorum corruptor ille, qui o. m., qua esset imperium Romanum, praefuit, contrarius piratis*. Kritzius: *Antonius, trium Antoniorum corruptor ille. Sallustius: qui o. m. q. r. e. i. contra piratas [praefuit vel infulitum imperium tenuit]*. O. Iahnus denique haec verba Sallusti fuisse suspicatus est: *Antonius Antoniorum triumviri et coss. pater, ille, qui orae maritimae qua Romanum esset imperium praefuit, contrarius piratis*. Gerl. remittit nos praeterea ad Rutgers. var. lect. III 17. In caussa paene desperata, tamen ne periculum iguave eflugisse videar, quid sentiam, libere exponam. Si igitur primum Iuvenalis verba, ad quae illud adnotatum est, consideraverimus, nihil aliud concludi potest, nisi scholiasten demonstrare voluisse quis ille Antonius fuisset et qua data occasione spolia occulta concipuisset. Qua re minime necesse est etiam priora verba eum ab Sallustio sumpsisse, eoque nomine Kritzii sententia aliquid probabilitatis habet. Quamquam per se veri simile est, Sallustum, qui M. Antonius ille fuisset, accuratius demonstrasse. Sed cum ex filiis eius unus nobilissimus fuerit, per eius nomen patrem inquiri consentaneum est. Cum igitur *trium* praecedat, non prorsus improbo labuii emendationem, sed credo scriptum fuisse *triumviri Antonii pater*; nam cum *viri* omissum esset, *Antonii* singularem in pluralem commutatam esse non magis mirum quam *pater* (p.) excidisse. Sequitur admirabile illud *corruptos*, quod ex *coss. pater* natum esse aliquam speciem veri haberet, nisi ut id restitueretur, praecedentium verborum ordo inmutandus esset. Minime omnium probare possum *trium. Antoniorum corruptor*, cum eis verbis 'qui tres corruptos filios reliquit' expressum esse, ne scholiastae quidem imputandum putem. Quo modo ex *curator* corrumpi potuerit, parum perspicitur. Sed cum lacunosum hunc locum esse omnes concedant, quidni statuamus *corruptorem* vere adpellatum fuisse, sed geneti-

viuū postea omissum. Nonne enim M. Antonius tantum abfuit ut classem romanam augetet et confirmaret, ut conruperet? nonne cum maria tutari deberet, animos potius piratis addidit atque avaritia sua omnis provincias ad desperationem adegit? nonne ergo recte *conruptor ille rei maritimae* adpellari potuit? Quae propter sequentium verborum similitudinem facile omitti potuisse in propatulo est. Atque haec scholiasten ab Sallustio petivisse veri simile est ex adiecto *ille*. Qua re *ut vel ut ait* adiciunda suspicor. Quae iam secuntur verba, ea ex Sallustio fuisse deprompta, paene certum est, modo ne ex eodem loco unde praegressa statuas. Set etiam ea lacunosa esse omnes concedunt. In promptu igitur est *praefuit* subplere; set cum in membro relativo coniunctivus sit, mihi quidem rectius *praefectus est* adici videtur. Ultima denique verba *contrarius piratis* quo minus Sallusti credam esse, consuetudo atque usus latinorum scriptorum obstat. Ac cum audacius videatur *contra piratas* corrigere, ab scholiasta potius adiecta puto, nisi aptior aliqua eorum expediendorum via ostendatur.

56 [Kr. 88. G. 63]. Et forte in navigando cohors una grandi phaselo vecta, a ceteris decerravit marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa.

Non. p. 365 s. v. *myoparo*. Idem: et forte — decerravit p. 366 s. v. *fasehus*. Cum rem his verbis unrratam in bello ab M. Antonio adversus piratas gesto factam esse veri simillimum sit, hoc fragmentum praegressis adiungere non dubitavi.

Cum de Cretae insulae situ naturae antiquitatibus exponendi Sallustio, quantum nos quidem sciamus, nullus locus aptior fuerit, quam ubi de M. Antonio in ea insula bellum gerente narravit, fragmenta eo pertinentia libro III adsignanda puto.

* 57 [Kr. 60. Gerl. om.]. Longe a continenti.

Haec quin de Creta insula dicta fuerint, secundum Serv. ad Verg. A. III 101 p. 194 Li. *'medio ponto' potest quidem intelligi secundum Sallustium longe a continenti*, dubitari non potest, in primis si quae secuntur apud commentatorem diligenter consideraveris.

* 58 [Kr. 61. G. 68]. Creta altior est, qua spectat orientem.

Serv. ad Verg. A. VI 23: *'elata mari'*; *perite situm expressit: ut enim Sallustius dicit, Creta — orientem*.

* 59 [Kr. 62. G. II 15]. Serv. ad Verg. A. III 578: *Nam cum in Phlegra Thessaliae loco pugnasse dicantur, quemadmodum est in Sicilia Enceladus? Othus in Creta secundum Sallustium, unde Othii campi?*

De ea re aliunde non constat.

*60 [Kr. 63 et 61. G. 66 et 67]. Quia principes intelligendi divina fuerunt, vetustatem, ut cetera, in maius componentem altores Iovis celebravisse.

Lactantius inst. div. I 21, 41: *Hanc totam opinionem quasi a poetis fictam Sallustius respuit voluitque ingeniosae interpretari, cur altores Iovis dicantur Curetes fuisse et sic ait: quia principes intelligendi divini fuerunt, vetustatem, ut cetera in maius componentem altores Iovis celebravisse.* — In quibus verbis divina restitueudum esse iam dudum perspectum est. Quid autem obstat quo minus haec verba etiam apud Sallustium ab verbo dicendi vel sentiendi suspensa fuisse statuamus? Set eum Serv. ad Verg. Aen. III 104 p. 193 Li. haec scripserit: (*Iupiter*) *illie dicitur esse nutritus, quod ut Sallustius dicit, ideo fugitur, quia primos Cretaenses constat inventisse religionem, omnes haec extrema verba pro Sallustianis venditavere.* Mihi certe non longius a veri specie abesse videtur, commentatorem Vergili eundem locum atque Lactantium, set suis verbis retulisse.

Quoniam orationem G. Licini Maeri a. 73 habitam esse constat, set quae sequente anno promulgatae sunt leges, eas Sallustius libro III commemoravit (vid. IV 35), contra res ab eoss. a. 72 L. Gellio et Gn. Cornelio Lentulo adversus Spartacum gestas lib. III narratas fuisse adparet ex fr. 70, veri simile non videtur post belli servilis principia et incrementa demum de rebus domesticis Romanorum dictum fuisse, set post res domi a. 73 gestas enarratum esse bellum Spartacium a. 73 et 72, et libro IV scriptorem res urbanas a. 72 repetisse. Qui ordo vel eo commendatur, quod inter bellum Spartacium civiles discordias obtinuisse consentaneum est.

61 [Kr. 82. G. p. 152].

Oratio Maeri trib. pleb. ad pleb.

1 Si, Quirites, parum existimaretis, quid inter ius a maioribus
relictum vobis et hoc a Sulla paratum servitium interesset, multis
mibi disserendum fuit, docendique quas ob iniurias et quotiens a
patribus armata plebes recessisset utique vindices paravisset omnis
2 iuris sui tribunus plebei: nunc hortari modum relicum est et ire
3 primum via, qua capessundam arbitror libertatem. Neque me praeterit,
quantas opes nobilitatis solus impotens, inani specie magistratus,
pellere dominatione incipiam, quantoque tutius factio no-
riorum agat quam soli innocentes.

4 Set praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui
certaminis adversa pro libertate potiora esse forti viro quam omnino

TEST. SCR. 1. Donat. ad Ter. Phorm. I 1, 11: *Haud existmans; pro aestimans. Sallustius: Si, Quirites parum existimaretis.*

VAR. SCR. 1. quid *libri*, quod *Cort.* — 3. docendique *B.* docendumque *rel.* Non dabo, quia docendique verum sit, at mitigari credo deditum, si post illud adiciatur vos, ut sententia haec sit: 'ego multa verba facere deberem, vos discere deberetis'. — 5. TR. PL. *B.* relicum *B.* — 8. facti onoxiorum *B.* — 10. set *B.* — 11. potiore *B.*

non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro iure vostro vim 5
 cunctam et inperia sua gratia aut spe aut praemiis ***** in vos
 convertere meliusque habent mercede delinquere quam gratis recte
 facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, 6
 5 qui per militare nomen aerarium exercitus, regna provincias oc-
 cupavere et arcem habent ex spoliis vestris: cum interim more
 pecorum vos multitudo singulis habendos fruendosque praebetis,
 exuti omnibus quae maiores reliquere: nisi quia vobismet ipsi per
 suffragia, ut praesides olim, nunc dominos destinatis. Itaque cou- 7
 10 cessere illuc omnes: at mox, si vestra receperitis, ad vos plerique.
 Raris enim animus est ad ea, quae iacent, defendenda: ceteri validio-
 rum sunt. An dubium habetis, num obficere quid vobis uno 8
 pergentibus possit, quos languidos socordisque pertinere? Nisi
 forte G. Cotta, ex factione media consul, aliter quam metu iura
 15 quaedam tribuvis plebei restituit. Scilicet quamquam L. Sicinius
 primus de potestate tribunicia loqui ausus mussantibus vobis cir-
 cumventus erat, tamen prius illi invidiam metnere quam vos in-
 iuriae pertaesum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites; nam
 spem frustra fuisse intellexistis. Sulla mortuo, qui scelestum in- 9
 20 posuerat servitium, finem mali credebatis: ortus est longe saevior
 Catulus. Tumultus interessit Bruto et Mamerco consulibus: dein 10
 G. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. Lucullus 11

18. Arus. p. 253: *pertaesum est huius*. — *Et Sotusi. Histor. III: quam vos iniuriae pertaesum est.*

2. Quamquam credo fore, qui ablativos precii esse defendant, tamen et res et usus dicendi ut aliquid exeidisse statuamus (veluti *depravati* cfr. J 15, 2) postulant. — 6. expoliis §. — 8. vobis metipsis §. *ipsis etiam eet. libri*, ipsi *Cort. recte: nunc eo tamen plebem a pecoribus differre dicit orator, quod ipsi sibi eos deligant, quibus se habendos fruendosque praebent.* — 9. ut §. uti *Cort.* — 10. illuc *libri*. illic *Cort.* et *libri*. at *sententiae rationem et perspicuitatem postulare Kritzius monuit.* — 11. placent *libri*. iacent *Mähly N. Ann. LXXVII p. 80.* ceteri *libri*. cetera *Cort.* -- 12. hum *libri*. ne *Cort.* — 11. factio *nemedia §.* — 15. TR. PL. §. restituit; et quamquam *libri*. *At eum praegresso membro ostensum sit perspicuitate optumotes, in hoc munusculum vim esse extremorum verbarum quam vos iniuriae pertaesum est, ex eo quod sequitur quod ego eet. adpareat, haec per simplex et adungi non posse perspicuum est, particulam potius ponendam fuisse quae et odfirmationem et acerbitatem quendam contineret. Quam ob causam scilicet restituit.* — 17. mittere §. — 19. 'V. intellexistis in *contextu omissam margini adscriptam est in Vatic. pr.'* *Orell.* — 20. servitium §. — 21. Bruto et Mamerco *cos. §.* Bruto et Aemilio Mamerco *cos. Cort.* *Consuetudo Latinorum utique postulat D. Bruto Mam. Aemilio.* — 22. *Mivor quod Kritzius tribunum illum insontem Q. Opimium fuisse contendit, qui quod tribunus plebei interessisset contra legem Corneliam, a. 71 apud G. Ferrum praetorem reus factus est (Cic. in Ferr. I 60, 155).*

superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidistis: quantae denique nunc mihi turbae concitantur! Quae profecto in cassum agebantur, si prius quam vos serviendi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his civilibus armis dicta alia, set
 12 certatum utrimque de dominatione in vos sit. Itaque cetera ex
 13 licentia aut odio aut avaritia in tempus arsere: permansit una res modo, quae utrimque quaesita est et erepta in posterum, vis tri-
 14 bunicia, telum a maioribus libertati paratum. Quod ego vos moneo quaesoque ut animum advertatis, ne nomina rerum ad ignaviam mutantes otium pro servitio adpelletis. Quo iam ipso frui,
 15 si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum advertere et nisi viceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt.

14 Quid censes igitur? aliquis vostrum subiecerit. Primum omnium amittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi
 15 ignavi, non ultra contentis locum memores libertatis. Deinde — ne vos ad virilia illa vocem, quod tribunos plebei modo, tum patricium magistratum, libera ab auctoribus patribus suffragia maiores vestri paravere — cum vis omnis, Quirites, in vobis sit

5. Arus. p. 211: *in tempus, i. e. processu temporis. Sallust. Histor. III: Itaque caetera ex licentia aut odio aut avaritia in tempus arsere.*

15. Arus. p. 212: *ago illam rem. Sal. Hist. III: amittendum morem hunc quem agitis.*

60, 155). *Cum per se consentaneum sit, quae G. Curio a. 76. eos. fecerit, commemorari, quamquam qua ratione L. Sicinius oppressus sit non constat, tamen de illo quam de eo cogitari non quã.* — 1. Quintium \mathfrak{B} . Quinctium Curt. — 3. agebantur libri. agerenter edd. — 5. in vobis libri. *Concrevi, cum quo modo hic locus ab I 41, 2 differret non intellexerem.* — 9. animi advertatis \mathfrak{B} . — 12. si omnino non quiessetis cont. Mähly l. e. p. 80. *Adparet hoc dici: otiosa, servitio frui vobis non licebit, si nobilitas potentiam suam ac dominationem confirmaverit; licuisset, si omnino quiessetis nec quam indigne servetis ostendissetis. Quoniam id ostendistis, adtentis sunt, et nisi legum exercitis gravius vos oppriment, ne unquam rebellare possitis.* animum advertere \mathfrak{B} . — 13. gravitate libri. probitate Orelli ed. I. — 15. omittendum libri. amittendum Arus. uterque cod. impigrae \mathfrak{B} . — 16. contentis \mathfrak{B} . — 17. quo tribunos plebei modo patricium libri. *Quae quo modo ferri possint non video. Nam si quo modo coniungas, ordo verborum offensionis est: sin quo per inauditam insolentiam ad virilia illa retotum esse concedas, modo cum ad tribunos plebei adiungitur ineptum est, ubi cum patricium coniungitur, durum et obscurum. Virilia illa cum ut adiungatur membrum explicativum postolent, quod restituendum est, et cum modo saepissime usurpetur, ubi quae celeriter se exceperint dicuntur, post id particula temporalis velut tum videtur excedisse.* — 18. auctoribus patriciis libri. *Set nonne Mnæ, si recte rem significare vellet, saltem non ac consueta formula uti debebat? Recte igitur Claecontus patribus.* — 19. quã vis \mathfrak{B} . quamvis rel. libri et edd. cumvis Latinus.

et, quae iussi nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis, Iovem aut alium quem deum consultorem expectatis? Magna illa consulum imperia et patrum decreta vos exsequendo rata efficitis, Quirites, utroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor, magis uti requiem capiat: neque discordias, ut illi criminantur, set earum finem volens iure gentium res repeto et, si pertinaciter retinebunt, non arma neque secessionem, tantum modo ne amplius sanguinem vestrum praebent censebo. Gerant habeantque suo modo imperia, quaerant triumphos, Mithridatem, Sertorium et reliquias exulum persequantur cum imaginibus suis: absit periculum et labor quibus nulla pars fructus est. Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quibus modis libertatem omnium aestimavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque, ut illis exiguitate mors prohibetur senescunt vires, sic neque absolvi cura familiari tam parva res et ignavi cuiusque tenuissimas spes frustratur: qua tamen quamvis ampla, quoniam serviti pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi et vostrarum rerum ultro iniuriae gratiam debere? Cavendus dolus est. Namque alio modo neque valent in univorsos, neque conabuntur. Itaque simul comparant delinimenta et diffe-

5. Arus. p. 234: *Hortor illos factum, h. e. factum ire. Sabast. Hist. III: neque vos ultum iniurias hortor.*

20. Arus. p. 243: *kave illam rem. — Sabast. Hist. III: kavendus dolus est.*

1. iussa libri. Quoniam iussa tolerare quo modo dici posset, non perperet, iussi correxi. — 3. exsequendo B. — 6. capiat B. capiat nonn. edd. — 9. censebo B. censeo Cort. — 10. triumphos B. — 12. labor B. — 13. Frumentaria lex est Terentia Cassia a. 74 perlata. Cic. in Verr. III 70, 163. V 21, 52. Momms. H. R. III p. 85. quin is modis B. — 16. absolvi B. — 17. ignam quisque tenuissimas per frustratur B. ignavos quisque tenuissima spe frustratur Cort. auctore Putcano. ignaviam cuiusque tenuissima spe frustratur Or. 1840. Cum neque absolvi cura familiari aperte respondeat illi senescunt vires, alteri vero mors prohibetur nihil recte obponi possit nisi talis sententia: et tamen spem quandam alit, ea autem melius exprimat si tam parva res spem ignavi quam si ignavam spe frustrari dicatur. — scilicet acerbe Macer. talem spem ignavos tantum habere posse significat et spes frustratur dixit, eventum pro ipsa re commemorans —, egregium Gronovii coniecturam, quae proxime ad B scripturam aecedat, probandam censeo. quae libri; qua Faernus de cj. — 19. ultro iniuria B. inulta iniuria Mähly N. A. LXXVII p. 80. iniuriae Kritz. recte; sententia enim est: pro rebus, quae vestrae sunt, eis qui iniuria vobis eripuerit et nunc iniuria minutas reddunt, gratiam debere. — 20. cavendus dolus est libri post Namque — conabuntur exhibent. Transposuit Fabricius.

runt vos in adventum Gn. Pompei: quem ipsum, ubi pertinere
 22 sublatum in cervices suas, mox dempto metu lacerant. Neque eos
 pudet, vindices uti se ferunt libertatis, tot viros sine uno aut re-
 23 mittere iniuriam non audere aut ins non posse defendere. Mihi
 quidem satis spectatum est Pompeium, tautae gloriae adulescentem, s
 malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis so-
 cium, auctoremque in primis fore tribuniciae potestatis *restituendae*.
 24 Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti
 praesidia habebatis, neque mortalium quisquam dare aut eripere
 talia unus poterat. 10

Itaque verborum satis dictum est: neque enim ignorantia res
 25 claudit. Verum occupavit nescio quae vos torpedo, qua non gloria
 26 movemini neque flagitio cunctaque praesenti ignavia mutavistis,
 abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur et hinc ire licet at-
 27 que illuc: munera ditum dominorum. Atqui haec eadem non sunt 15
 agrestibus, set caeduntur inter potentium inimicitias donoque dan-
 28 tur in provincias magistratibus. Ita pugnatur et vincitur paucis:
 plebes, quodcumque accidit, pro victis est et in dies magis erit,
 si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint quam vos re-
 petiveritis libertatem.

11. Donat. ad Ter. Eun. I 2, 84: *claudier? claudi aut claudicare.*
Sallustius: neque enim ignorantia claudit res.

2. lacerant libri. An lacerabunt? — 7. restituendae quo modo abesse
 possit tam parum percipio, ut contra libros inserendum putem. — 12. qua
 vos Q. — 14. rati quia libri. rati scilicet quia Link. Scilicet ad sen-
 tentiam aptum esse non nego, set cur necessario adiciendum sit nullam causam
 video. licet atque illuc Q. licet et illuc Curt. — 15. Atque haec
 libri. Set mirum quantum offensus in atque — non, quod nusquam dictum
 vidi, nisi cum falso verum obponatur, atqui connext. 'Abunde', inquit Macev,
 'vobis libertatem esse putatis, quia muneribus talibus fruamini. Atquid re-
 cordamini haec eadem agrestibus non esse: qualis ergo vobis haec conditio
 videtur?' Linkerus hoc membrum cum quia coniunxit.

62 [Kr. 84. G. 4]. Male iam adsuetum ad omnis vis contro-
 versiarum.

Prisc. VI p. 249: 'haec vis, hulus vis', cuius plurale similiter 'vis' tam
Lucretius quam Sallustius protulerunt. — *Sallustius in III historiarum: male*
— controversiarum. Agitur de turbulento aliquo tribuno plebis violen-
 tas contiones habere solito. Fortasse intelligendus Licinius Macer.
 Kritz. Set male adsuetus is tantum dici potest, qui parum est adsuetus;
 isque natus adverbii male poëtarum magis est et posteriorum scriptorum,
 quam antiquiorum et elegantiorum. Quid igitur? Prorsus huiusmodi
 videor, cum pro male *Macrum* scribendum censeo?

63 [Kr. 85. G. 6]. Post reditum eorum, quibus senatus belli Lepidani gratiam fecerat.

Ars. p. 232: *gratiam illi criminis facio*. *Salust. Hist. III*: post — fecerat. Cum h. l. senatus gratiam fecisse dicatur, atque Lepidani quidem belli, luce clarius est de eis Lepidanis cogitari non posse, qui cum M. Perperna in Hispaniam profecti Sertori castra secuti sunt, quibus etiam Sertorianum bellum condonandum fuit, neque huc trahendam esse legem Plotiam, de qua scripsere Suet. Caes. 5. Gell. N. A. XIII 3. vid. Drum. II p. 590. III p. 139.

64 [Kr. 69. G. 86]. Locum nullum nisi quo armati institissent ipsis tutum fore.

Ars. p. 237: *insisto illo loco*. *Salust. Hist. III*: locum — fore. Verba *ipsis tutum fore* solus Gu. exhibet. Vix aptiorem, ubi haec verba in libro III dicta fuerint, locum invenias, quam in oratione Spartaci suos cohortantis atque admonentis.

*65 [Kr. 75. G. 75]. Cossinius in proxima villa forte lavabatur.

Cledon. p. 1316 P. ob verbum *lavare* addidit, set ibi legitur *Cossinius et fonte*. Cum Plut. Crass. 9 haec narret: *ἔπειτα σύμβουλον ἀντὶφ (P. Varinio) καὶ ἀναγάγοντα Κοσσίνιον ἀποσταλίντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐπιτηρήσας ὁ Σπάρτακος λογόμενον περὶ Σαλήσας μικρὸν ἰδίης συναρπάσαι*, quin *Cossinius et forte* restituenda sint, dubium non est.

66 [Kr. 76. G. 98]. Incidere in colonos Avellanos praesidentis agrus suos.

Ars. p. 252: *praesidet illam rem*. *Salust. — Hist. III*: *incidere* — suos. Cum Avella (eandem etiam Abella dicta) oppidum Campaniae fuerit (Mannert. IX 1 p. 782), de hoc fragmento proorsus non dubitandum.

67 [Kr. 77. G. 76]. Fragmentum Vaticanum, duobus foliis lacris formae quadratae constans. Primus e bibliotheca P. Danielis, inreconsulti Parisiensis, edidit Iannus Douza: ad C. Sallustii Crispi Historiarum libros notae Antverpiae 1550; tum set ita, ut Sallusti esse negaret, plenius Murator. Thes. Inscr. I p. 1 et II p. 1. Cum post Danielis mortem folia illa Dionysius Petavius Christinae Suecorum reginae vendidisset, eis usus est Freinshemius Suppl. Liv. XCV 5—10. Post Christinae mortem translata in bibliothecam Vaticanam Niebuhrus a. 1817 invenit apographumque concessit Kreyssigio, qui duabus comm. Misniae 1828 et 1829 evolgavit. Set cum a. 1828 Aug. Maius ea in class. auctt. T. I p. 414—25 edidisset, idem rursus 1830 ea tractavit. Postremo Kreyssigius iterum edidit: Comm. de C. Sallustii Crispi Historiarum lib. III fragmentis Misniae 1835. Cuius viri doctissimi opera non solum rectum ordinem fragmentorum restitutum, set etiam plerasque lacunas recte expletas esse

cum inter viros doctos, penes quos quidem earum rerum indicium est, conuenerit, vix est quod moueam, me quoque omnia, nisi quae notavi, ab eo petiisse.

Col. I

NITOR EREQUIB-PRAETER
 S_VCIEMBELLONECESSARIA
 KAUDMULTOSECUSQUA
 5 FERRONOCERIPOTERATAT
 VARINIUSDUMKAECAQU
 TURAFUGITIU¹SAEGRAPAR
 TEMILITUMAUTUMNIGRA
 UTATENEQ-EXPOSTREMA
 10 FUGACUMSEUEROEDICTO
 IUERENTURULLISADSIG
 NADEEUNTIBUS-ETQUIRELI
 QUIERANTPERSUMMAFLA
 GIADTRACTANTIB-MILI
 15 TIAMQUAESTOREMSUM
 CTKORANIUMEXQUOPRE
 SENTEUERAFACILLIMENOS
 CERENTUMMISERANTETTA
 MENINTERMQUOMUO
 20 LENTIB-NUMEROQUA²TUOR

uitor ere quibus praeter
 speciem bello necessariam
 hant multo secus quam
 ferro noceri poterat. at
 Varinius, dum haec agun-
 tur a fugitivis, aegra par-
 te militum autumnii gra-
 uitate neque ex postrema
 fuga, cum seверо edicto
 inberentur, ullis ad sig-
 na redeuntibus et qui reli-
 cui erant per summa fla-
 gitia detractantibus mili-
 tiam, quaestorem suum
 G. Thoranium, ex quo prae-
 sente vera facillime nos-
 cerentur, miserat, et ta-
 men interim cum vo-
 lentibus, numero quattuor

2. nitor aere *Kreysstgius*, hoc dictum fuisse censens: fugitivos inopia ferri hastis vel telis suis aere nitorem addidisse, igni torrere *Kritzius*, hunc conexum fuisse statuens: Spartacus eos qui iusta arma non haberent, iussit sudes igni torrere, quibus ect. Illud apertissimum est, dici de teli genere a fugitivis ad belli usum adparato. Sed prudentiae certe fuit talia arma parare, quae et militaria viderentur et usum praebent; nam quae armorum speciem non habent, eis hostes non terrentur. Qua re sententiam *neabri* relativi non quem ad modum *Kritzius* arbitratus est: quibus quamquam speciem bello necessariam non habebant, tamen fuisse adparat, sed hanc potius: quibus praeterquam quod speciem b. n. habebant, hant secus ect. Nec minus certum videtur sudis igni iustas, nisi cuspile quadam ferri aut metalli speciem praebente instructae essent, neque speciem bello necessariam praebuisse neque eis hant multo secus quam ferro noceri potuisse. Ad quae eum adcedat, quod membrum relativum, quippe indicativo expressum, ad membrum finitum magis quam a verbo pendens videtur spectavisse, *Kreys-sigii* sententia mihi quidem non minus commendationis habere videtur, quam *Kritzii*. — 11. iuuerentur notandum. — 12. decuntibus ex redeuntibus corruptum. — 18. noscerentum miserant *librarij* errores esse facile percipitur, sed obscurum est ad quos *G. Thoranium* missus fuerit. Ad milites ex fuga dispersos credibile non est. Quidni ergo ad urbem statuamus, cum facile adpareat, praesidia maiora *Varinium* postulasse? Qua re si licet lacunam statuere, scribendum existimem noscerent, ad senatum miserat. — 19. quom aperte pro cum scriptum.

Col. II V,	U	<i>mīlium ad castra pergit mag-</i>
	NISO PERIB-COMMUN		<i>nis operibus communita.</i>
	DEINDEFUGITUICON		<i>Deinde fugitivi consump-</i>
	TISIAMALIMENTISNE		<i>tis iam alimentis, ne prac-</i>
5	DANTIB-EX PROPIN		<i>danlibus ex propinquo hos-</i>
	TISINSTARETSOLITIM		<i>lis iustaret, soliti more mi-</i>
	LITIAEUGILIASSTA		<i>littiae vigiliis stationes-</i>
	Q-ETALIAMUNIAE		<i>que et alia munia exequi,</i>
	SECUNDAUIGILIA		<i>secunda vigilia furtim</i>
10	CUNCTIEGREDIU		<i>cuncti egrediuntur re-</i>
	LICTOBU CINAT		<i>licto lucinatore in ca-</i>
	TRIS ETADUIGIL		<i>stris et ad vigilum speciem</i>
	PROCU LUISEN		<i>procul visentibus . . . cre-</i>
	XERANTFULT		<i>xerant fulta palis fixis</i>
15	RECENTIAC		<i>recentia cadavera et cre-</i>
	BROSIGN		<i>bros ignis fecerant for-</i>
	MIDINI		<i>midini Varini</i>
	RIMI		<i>rini</i>
	TI		<i>ti</i>
Col. III DA	da	<i>da . . .</i>
	INUHSCONUERTLAEAD		<i>. . . inuis convertere: at</i>
	INU'SMULTAIAMLUCE		<i>Varinius multa iam luce</i>
	DERANSSOLITAAAFUGI		<i>desiderans solita a fugi-</i>
5	ONUCIAEINCAS		<i>tivis convicia et in cast-</i>
	ONNECTUSLAPIDUM		<i>tra coniectus lapidum</i>
	STREPTUSTUMUL		<i>ad hoc strepitus tumul-</i>
	SONORESUNDIQ-		<i>tuosi sonores undique</i>
	UMMITTITEQITES		<i>ruentium mittit equites</i>
10	UMCIRCUMPRO		<i>in tumulum circum pro-</i>
	UTEXPLORARENT		<i>minentem ut explorarent</i>
	SPROPEREUESTI		<i>fugitivos, pro pere vesti-</i>
	OSCREDENSLO		<i>gia secutos credens lo-</i>
	TOTAMENAG		<i>to tamen ag-</i>
15	PAUENSSE		<i>mine pavens se</i>
	MUPLI		<i>m dupli-</i>
	TUMAS		<i>tumas</i>
	GA		<i>ga</i>

Col. II l. milium servorum castra petit magnis *Kreyss. quae eum mihi nimum spatium explere viderentur (nam quae in dextro supremo marginae conspiciuntur, notam librarii fuisse indico, fortasse VI; etenim quo minus quattuor folia conglutinata, haec autem duo interiora alterius parvis fuisse statuamus, quid obstat?) ipse aliam viam subplendi temptandam arbitratus sum. — 9. vigilia silentio *Kreyss. furtim ego. — 13. Cum spatium amplius sit, quam quod eis verbis, quae scripta fuisse cognoscuntur, expleatur, praesertim cum VISENTIB; fuisse certum sit, vide an emendandum sit: ut speciem vigilum procul visentibus praeborent crexerant. — 15. cadavera atque crebros? — Col. III 2. ad emend. *Kreyssig. — 14. An pro pere vestigia secuti, quos credens loco tectos, toto tamen agmine?***

Col. IV	ALIQUODDIES CONTRA MO		post
	REMFIDUCIAAUGERINOS		aliquot dies contra mo-
	TRISCOEPITETPROILINGU		rem fiducia augeri nos-
5	QUAVARINIUSCONTRAS		tris coepit et promi lingua.
	PECTATAMREMINCAUTAE		Qua Varinius contra s-
	MOTUSNOVOSICOGNITS		pectatam rem incaute
	Q'ETALIORUMCASIBPER		motus novos incognitos-
	CULSOSMILITESDUCITTAME		que et aliorum casibus per-
10	ADCASTRAFUGITIUORUM		culsos milites ducit tamen
	PRESSOGRADUSILENTISIAM		ad castra fugitivorum,
	NEQ'TAMMAGNIFICESUME		presso gradu silentis iam
	TISPROELIUMQUAMPOSTU		neque tam magnifice sumen-
	LAUERANTATQ'ILLICERTA		tis proelium quam postu-
15	MINECONSILIIINTERSEIUS		laverant. Atque illi certa-
	TASEDITIONEMERANTCRI		mine consilii inter se iux-
	XOETGENTISEIUSDEM GAL		ta seditionem erant, Cri-
	LISATQ'GERMANISOBUIAM		xo et gentis eiusdem Gal-
	IREETULTROFERREPUGNA		lis atque Germanis obviam
20	CUPIENTIBCONTRASPARTA		ire et ultro offerre pugnam
			cupientibus, contra Sparta-
Col. V	NISECU	co	
	NEQUA	ni secu	
	IDTEMP	D	ne qua
5	Q'SECLU	M	id tempus
	ETEXTIN	M	que seclu
	CURAM	L	et extim
	SETKAL	AS	curam
	QUAMC	AQ	set haud
10	ALIAM	UD	quam
	ENDAM	PI	aliam
	DENTESI	PRU	endam
	NOBILE	MI	dentes
	DANTQ'	LAU	nobile
15	PARSSTC	RE	dantque
	FLUENT	TSAD	pars stolidi
	DENSAU	OFI	fluent
	AEINME	EPATRI	dens au
	SERUIL	RUMI	ae immemor
20	PRAE	ULTRA	servili
		ultra
			praedam

Col. IV. 2. *Notandum* aliquod pro aliquot. — 4. *In* lingua u et a in unam litteram contracta. — 6. *Vitiosam* scripturam incautae iam *Dousa* emendavit. — 15. certamini *Niebuhrus* legerat. iusta em. *Dousa*. — 18. ultro ferre *quid* in ultro obferre emendandum sit, non dubium.

Col. V. 1. *Constructionem* ablativorum absolutorum continuatam fuisse

ideoque Spartaco explendum perspexerunt Kreysig, et Maius. Ut quid Spartacus roboris vel cur proelium dissuaserit inveniamus, duo potissimum animadvertenda sunt; primum ex reliquiis cognosci (L. 17 et 20), eos qui illi adversati sunt, partim omnem patriae anorem amisisse, partim praedam omnibus aliis anteposuisse; deinde cum consilium eius abiectum esset, iter eum ad meridiam versus fecisse. Nam Picentini (VI 12) in confinio Campaniae sunt (Mannert IX I p. 752 sq.), Naves Lucanar in ipso Lucaniae aditu (Mannert IX 2 p. 145), unde Eburinos, quos quidam in media Lucania habitasse parum recte ex Plin. II. N. III 11, 98 conlegerunt, inter duas illas regiones sedem habuisse patet. Quod si Spartacus contra suam voluntatem meridiem versus proficisci coactus est, nonne eum ad septentriones iter facere voluisse adparet? et si qui ei adversabantur patriae inmemores fuisse dicuntur, nonne eum fugitivos in suam quemque patriam ducere ac novam patriam constituere voluisse in propatulo est? Ac cum constet hoc Spartaci iam a principio belli consilium fuisse, ut fugitivos in Galliam perduceret (Plut. Crass. 9. App. b. e. I 117 p. 531 sq. Liv. ep. XCVI. Oros. V 24), num harrolari videbor, eum usus eis quae iam alii in exiguis illis verborum reliquiis inesse perspexere, ita Salustianum fragmentum explere conor; contra Spartaco nitente, nam timebat, ut secum qui intenderat properarent, ne, qua ratione soliti ad id tempus, rogantes tractum reptumque secluderentur itinere in Galliam et exlingerentur; ante omnia alia curam esse debere salutis, set haut niliter fore certam tutamque, quam cum in Galliam venissent: haud aliam apertam eis esse capiendam. At pauci prudentes ingenique animi nobile consilium probant laudantque quod suaserat facere, parva stolidi et levis adhaerentiam nadtique firmo fideus maximo salutis atque patriae inmemores esse, plurimum servili ingenio ultra praedam nihil cogitare. Postquam illa frustra fuerit, capit consilium ect.

Col. VI

CON
 TIM^{us} FIDEI ATURDEIN
 CEP^{er}SMONETIN AXIORIS
 5 AGROS MAGISQ^{ue} PECUARIOS
 UTE Q^{ui} REDIANT RIBIPRI
 QUAM REFECTO EXERCITU
 ADESSET VARINIUS AUGER
 TURNI MERUS LECTIS VIR
 10 ET PROPERE NANCLUS IDONEUM
 EX CAPTIVIS DUCEN
 PICENTINIS DEINDE EBURINIS
 IUGIS OCCULTUS AD NARIS
 LUCANAS ATQUE INDE PRIMA
 15 MALUCE PERVENIT AD ANNI
 FORUM IGNARIS CULTURIBUS
 AC STATIM FUGITIVI CIRA
 PRAECEPTUM DUCIS
 RAPERE AD STUPRUM VIRGINES
 20 NEMATRONASQUE ET ALII C

consilium quod ex copia optimum videbatur. Deinceps monet, in laxiores agros magisque pecuarios ut egrediantur, ubi priusquam reflecto exercitu adesset Varinius, augeretur numerus lectis viris. Et prope nanclus idoneum ex captivis ducen Picentinis, deinde Eburinis ingis occultus ad Naris Lucanas atque inde prima luce pervenit ad Anni forum ignaris culturibus. Ac statim fugitivi cira praeeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque et alii c

Col. VI. 17. Citra quin contra emendandum sit, nemo dubitabit. Non p. 309 s. v. stuprum. Sullustius Hist. lib. III: ne statim fugitivi contra praeeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque.

Col. VII

	TANTES ET ILUDEBANT SIMIL
	NEFANDUM IN MODUM PER
5	VERSUS VOLNERE ET INTER
	DUM LACERUM CORPUSSE
	M ANIMUM OMITTENTES
	ALII IN TECTA IACIEBANT IG
	NIS MULTIQUE EX LOCO SER
10	VI QUOS INGENIUM SOCI
	OS DABAT, AB DITA A DOMI
	NIS AUT IPSO STRAKEBAN
	EX OCCULTONE QUAE SANCTU
	AUT INFANDUM QUAE QUAE
15	FUIT IRAE BARBARORUM
	ET SERVILI INGENIO QUAE
	SPARTACUS NE QUIENS PRO
	KIBEREM MULTIS PRAECIBUS QUAE
	ORARET, CELERITATE PRAE
20	VERTEREMUR IN NUNTIOS
Col. VIII

	E	UANEQUE
	C	MENSE	e
	L	SCRUDE	e
5	A	OPATOS	liter
	R	GRAVISPLE	a
	EN	ILLUMDI	r
	IB	NOCTEM	em
10	CA	SDUPLI	ibi
	ME	ORUMNU	cato
	LU	RIMACU	mero
	SAT	NCAMPO	luce
	CIS	NOSEDIFI	satís
15	MAT	ETUM	ciis
	AUT	SERANT
	SEDINC	NTA
	RIEX	MODIEGNA
	FUG	UMORUM
20	R	VENTA
		OMNIB	re

Col. VII. *Kritikos ita orationem explevit: et alii civium obsequium quemque promissum caedere atque nunc restantes ei illudebant. Sed cum in eod. aperte et illudebant scriptum sit, mihi magis placet: et alii obvium quemque caedebant et vexabant hunc restantes et illudebant.*

* Col. VIII. *Quamvis difficultimum sit, quid in lacuna fuerit suspicari, tamen probabile videtur Spartacum, quo a praedando suos prohiberet, eos*

quam celerissime in alia loca duxisse et tui quidem via, quae quo minus singuli longius vagarentur impeditet. Qua re ita verba subienda esse visa sunt. extrema Kreyssig et Kritzius potissimum auctoribus: quae neque evadere possent nec praeter agmen succedere. At alios crudeliter in cadendo occupatos ab hoste ultio gravis plerosque oppressit. Tum illum diem atque proximam noctem ibi moratus suos duplicato iam fugitivorum numero educit prima cum luce et consistit in campo satia amplo set aedificiis vacuo. et tum cet.

68 [Kr. 78. G. 7]. Divorsa, uti solet rebus perditis, capessivit: namque alii fiducia guaritatis locorum occultam fugam sparsi, pars globis eruptionem temptavere.

Non. p. 80 s. v. *guaritas*. Prisc. X p. 535 sex priora tantum verba additit. Cum etiam huius libri meliores III *historiarum* exhibcant, dubitatio omnis de libro, cui haec verba adscribenda essent, sublata est. Nec minus in *capessivit* Noni et Prisciani libri consentiunt; apud hunc tantum GILK *tacessivit* errore librariorum, qui praecedentia in parenthesi posita esse et pergere iam grammaticum in verborum in *so* formis perfecti ostendendis non intellexere. Nec video cur plerique vv. dd. id in *capessunt* mutandum censuerint, cum substantivum collectivae notionis praecessisse facile sit ad intelligendum. Cum autem apud Nonium legatur *fugam sparsi globis*, quin recipienda sit Coleri emendatio, denno ab Mählyo N. A. LXXVII p. 80 commendata, *sparsi, pars*, vix dubium videtur. Verba si consideraveris, aperta est de exercitu dici, ab hostibus circumeluso nec vero in oppido vel castello obsessio. Quamquam igitur id saepius factum esse per se consuetaneum est, tamen cum tertio libro de Crixi exercitu ab L. Gellio cos. et Q. Arrio praetore deleto (Plut. Crass. 9. App. b. c. I 117 p. 534. Liv. Ep. XCVI. Oros. V 28) narratum fuisse ex fr. 70 adpareat, Kritzii sententia, ad eam rem verba illa spectasse, summam praec se fert veri speciem.

69 [Kr. 79. G. 69]. Unus constitit in agro Lucano guarus loci, nomine Publipor.

Prisc. VI p. 230: *et a 'puero' composita. 'Publipoor. Publipooris' et 'Marcipoor Marcipooris' (sic Probus; ita enim antiqui pro 'Publii puer' et 'Marci puer' dicebant), quae o non producant in obliquis casibus: unus — Publipoor (Sallustius in III historiis hoc protulit). Prob. p. 110: 'Por' tertiae sunt declinationis, corripiuntur in nominativo, in genetico appellativa producantur 'sapor vaporis', 'sapor saporis'. Legi unum novo modo figuratum apud Sallustium: Publipoor, Publipooris; nam quasi proprium est. Mirum profecto est, quod uterque grammaticus Sallusti locum proferunt, quo declinationem nominis *Publipoor* ostendant. Et in verbis a Prisciano laudatis genetivo nullus est locus, set Probus videtur alium locum respexisse, ubi genetivus fuit. — Ceterum si eis, quae apud Prisc. adiecta sunt, fides habenda est, quoniam de Publipoore ab Pompeio deleto tertio libro narratum non erat, nihil aliud restat, nisi ut hoc fragmentum ad rem post Crixi cladem gestam referamus.*

70 [Kr. 88. G. 77]. Et eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensum, postquam ex sarcinis paludamenta extare et delectae cohortes intellegi coepere.

Non. p. 309: *paludamentum est vestis, quae nunc clamex dicitur. De proeliis quae Gn. Cornelius Lentulus Clodianus cos. a. 72 adversus Spartacum commisit, haec exstant veterum scriptorum testimonia: Flor. II 8, 10: inde iam consularem quoque adgressus in Apennino Lentuli exercitum*

cecidit [haec scriptura recepta adparet, in auno et honore dnais Florum non errasse]. Liv. Ep. XCVI: *Un. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Oros. V 21: Consules Gellius et Lentulus adversus eos cum exercitu missi, quorum Gellius Cricum acerrime pugnantem proelio oppressit, Lentulus a Spartaco superatus insugit. Post — ambo consules — accepta gravi clade fugerunt.* Eutrop. VI 7: *duobus simul Romanorum consulibus victis.* App. b. c. I 117 p. 532: *Σπάρτακον δὲ διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὄρων ἐπὶ τὰ Ἄλπεα καὶ ἐς Κελτοὺς ἀπὸ τῶν Ἀλπεῖων ἐπιειγόμενον ὁ ἕτερος ὑπάτος προλαβὼν ἐκώλυε τῆς φυγῆς καὶ ὁ ἕτερος ἐδίωκεν. ὁ δὲ ἐφ' ἑκάτερον αὐτῶν περιστροφόμενος παρὰ μέρος ἐνίκη. καὶ οἱ μὲν σὺν Θορόμβῳ τὸ ἀπὸ τοῦδὲ ἀπειρώρον, ὁ δὲ Σπάρτακος — καὶ τῶν ὑπᾶτων αὐτῶν ἀθίσι περὶ τὴν Πικηνήτιδα γῆν ὑποστάντων μέγας ἀγὼν ἕτερος ὁδὲ γίνεταί καὶ μεγάλη καὶ τότε ἦσσα Ῥωμαίων.* Plut. *Crass. 9: ἀμφοτέρους ἐξέπεμπον τοὺς ὑπάτους. Ὡν Γέλλιος μὲν τὸ Γερμανικὸν — διέφθειρε, Λέντιον δὲ τὸν Σπάρτακον μεγάλοις στρατοπέδοις περιελθόντος ὀρησάσας ὁμοίσι καὶ μάχην συνάψας ἐκράτησε μὲν τῶν προσηβητῶν, ἔλαβεν δὲ τὴν ἀποσηβηνήν ἀπασαν.* Ex quibus adparet primo a Un. Lentulo Spartacum, septentriones versus secundo L. Gellio properautem, exceptum et paene circumclusum esse, set vi per eius exercitum iter sibi patefecisse; tum rursus ambos consules cum adgressos in fugam versus esse. Iam si ad Sallustianus animos advorterimus, cum *et eodem tempore Lentulus* scriptum sit, illud perspicuum est, de proelio dictum fuisse, in quo ille cum alio duce Romano una pugnavisset. Simul extrema verba ostendunt, alium exercitum pugnae diu iam sustentatae supervenisse. Eum legati ipsius Lentuli fuisse, quamquam praefraete negari nequit, tamen veri simile non est, probabilior haec suspicio: L. Gellium inexpectato illi auxilio venisse. Quod igitur apud Non. in libris est *longum*, iam 1526 emendatum est *locum*. Deinde cum libri *defensus* exhibeant, minus apte Lentulum multo suorum sanguine defensum diei perspicientes, plerique antea viri docti *defendus*, Kritzius *defensum* restituit. De qua re quamquam certo diiudicari nequit, quoniam quod verbum finitum ad *Lentulus* relatum fuerit, nescimus, tamen cum verba *duplici acie* minus recte cum *defendus* coniungi et ostendere potius videantur, Lentulum, cum adventare auxilia vidisset, iam in hostis iugressum esse, ergo locum illum editum aut evasisse, aut quod probabilius, reliquisse ('duplici acie locum editum, quem adhuc multo suorum sanguine defenderat, reliquit et in hostes impetum fecit'), veri similis est, quod Kritzius proposuit, eoque magis conprobandum, quia proxime ad librorum scripturam adcedit. Tum plerique libri *astari*, *obstari* ms. *Palat.*, *obstare* mscr. *Basil.*, al. *ostari*, *hostari*. Pro quibus quod Colerus coniecit scribendum esse *hastati*, ferri non posse facile intellegitur, nec difficiliter paludamenta neque astare neque obstare satis commode dici. Simul adparet verbum similis notionis esse debere, atque quod sequitur *intellegi*, pro qua quod ms. *Palat.* exhibet *deletari coeptae*, nihili faciendum est. Sententiae igitur satisfaceret, quod Kritzius recepit *ostentari*, modo ea ratione id verbum dictum esse demonstrari posset. Qua re ego scripsi *extare*, quod cum de eis quae in sculptendo aut pingendo luminibus distinguuntur dictum sit (Ellendt ad Cic. de or. III 26, 101 p. 399 sq.), recte Sallustius ad paludamenta, quae paulatim inter sarcinas cerui ac dignosci coepere, transferre potuit.

Secutur iam ea fragmenta, quae ex libro secundo commemorata quo referenda sint, dubium aut incertum est.

71 [Kr. 86. G. 94]. Quod ubi frustra temptatum est, socordius milites ire coepere, non aptis armis, ut in principio, laxiore agmine.

Non. p. 160: *aptum rursus connexum et colligatum significat. Socrudius et miles recte iam ab Iunio et Mercero emendata esse facile perspicitur, set non intellego, cur vv. dd. occipere necessario scribendum esse affirmaverint, cum occipio apud veteres poetas frequentatum fuisse constet. Non tam de seditioso exercitu, quem dux frustra ad oboedientiam reducere temptaverit, agi videtur, quam de militibus, postquam nihil periculi esse arbitrati sunt, negligentius iam ingredientibus.*

72 [Kr. 87. G. 16]. Ut sustinere corpora plerique nequennes arma sua quisque stantes incumbere.

Arus. p. 235: *Incumbo illam rem. Sal. Hist. III: Ut sustinere corpora plerique nequennes arma sua quisque [quisquis cod. Maii] instans [sic uterque cod.] incumbere. Serv. ad Verg. A. IX 229: Ostendit iam eos diuturna statione fatigatos. Quod autem stant, et romani moris est et bellicae necessitatis. Hunc autem standi habitum et Sallustius commemorat, uti fecerit arma sua quisque stantes incumbere. Qui loci cum inter se diversi sint, primum quaeritur, ut apud Servium utrum grammatici an Sallusti sit. Cum igitur Servius minus recte pro exemplo locum scriptoris adferre, quam certis verbis rem demonstrare videatur, ut eum Sallustianis coniungendum et *incumbere* emendandum esse censeo. Quod si ita est, quamquam commentatorem Vergili Sallusti locum ex memoria protulisse inde adparet, quod pro *sustinere corpora nequennes* simpliciter *fessi* posuit, tamen ut eo auctore *stantes incumbere* probem, ea re potissimum duor, quod non tam quod singuli per se quisque (cfr. Cat. 37, G. fr. IV 1), quam quod plerique fecerint, dicendum videtur esse, et *instans* apud Arus. corruptum est.*

73 [Kr. 89. G. 54]. Ac tum maxime, uti solet in extremis rebus, sibi quisque carissimum recordari cunctique omnium ordinum munia extrema exequi.

Non. p. 94: *munio, officia. Libri recordavi vitiose; tum: omnium ordinum extrema sequi, omnium ordinum munia sequi, unde rectam loci emendandi viam Iunius invenit; nec dubitare debemus pro insolito munia sequi restituere exequi. Qui vero Romanorum exercitus in tantum discrimen adactus fuerit, ut omnes omnium ordinum milites testamenta scriberent et obsignarent, nemo facile divinabit.*

74 [Kr. 91. G. 81]. Dedecores inultique terga ab hostibus caedebantur.

Prisc. VI p. 236 eodem loco, quo fr. 14 protulit. Quod libri nonnulli *multique* exhibent, ei nihil tribuendum esse patet.

75 [Kr. 92. G. 93]. Perculsis et animi incertis succurritur.

Arus. p. 212 s. v. *incertus illius.*

76 [Kr. 93. G. 12]. Muros successerunt.

• Arus. p. 262; cfr. I 102. Cod. Gu. *successerunt*, Mai. *successeront*.

77 [Kr. 94. G. 50]. Fine inguinum ingredimur mare.

Arus. p. 231: *fine illius rei. Philargyr. ad Verg. Ge. III 53: Modestus 'tenus' pro fine accipit. Sallustius: sine inguinum ingredimur mare. Non prorsus reicienda haec suspicio videtur, verba dicta fuisse in piscationis apud Byzantium factitatae descriptione (fr. 41 et 42).*

78 [Kr. 96. G. 82]. Contra ille calvi ratur quaerit extis num somnio ostenderetur thesaurus.

Eutych. p. 195: '*roteo valis*', '*salvo solvis*', '*calvo id est decipio*, ut est apud Sallustium in *historiarum lib. III*: contra ille calvi raturq. retentis ne somnio ostenderetur thesaurus; quae recte ab Lindemannio emendata sunt, nec video cur pro *ostenderetur* necessario *portenderetur* scribendum sit. Prisc. VIII p. 431: '*calvo cavillo*' pro '*calvillo*', eius primitivum Sallustius in *III historiis* ponit: calvi ratur. Id. X p. 506: '*calvo calvi*', unde Sallustius in *III historiis* infinitivum passivi protulit: contra ille [illae L.K] calvi ratur, '*calvi*' pro '*decipi*'. Non. p. 4: *Calvitur dictum est frustratur, ductum a calvis mimis, quod sint amibus frustrati*. — Sallustius *Histor. lib. III*: contrallao enlvi ratur. — Quid de re haec dicta fuissent, neque alii ostendere — nisi forte Debossii somniis te duci pateris — neque ego invenire potui. Ceterum Lucullum Sullae monitu multum somniis tribuisse Plut. testatur Luc. c. 23; atque a veteribus thesaurus multum quaesitos esse, ostendunt quae Cic. de divia. II 65, 134 commemoravit.

79 [Kr. 97. G. 31]. Exaudiri que sonus Bacchanaliorum.

Non. p. 333: *Bacchanaliorum pro bacchanalium, ut vectigalorum et capitatorum et novatorum et Vulcanaliorum*. Sallustius: exaudiri que sonus Bacchanaliorum. Macrobi. Sat. I 4 p. 211 Bip. *Nam et Sallustius in tertio Bacchanaliorum ait*. Chris. p. 62 (vid. fr. IV 68).

80 [Kr. 98. G. 9]. Coniuratione claudit.

Prisc. X p. 514: *invenitur tamen 'claudeo', sed et 'claudio' pro 'claudico'*. Sallustius in *III historiis*: coniuratione claudit. Verba haec corrupta esse, certe sensu carere concedendum est Klotzio Arch. XV p. 308 sq., nec vero eis substituenda esse verba 61, 25: *ignorantia rex claudit*.

81 [Kr. 99. G. 21]. Dubius consili.

Arus. p. 225 s. v. *dubius hulus*.

Lib. IV.

Constat hoc libro ab Sallustio narratas fuisse res adversus Mithridaten n. 71—69 gestas, belli servilis exitum a. 71, bellum Macedonicum ac Thraecicum n. 72 et 71, piratarum latrocinia n. 71—69, denique res urbanas a. 71 et 70 gestas. Quod si ex omnibus, quae cognita habemus de totius operis descriptione, veri simile est, scriptorem neque res in singulos annos digestas narravisse, neque quae inter se cohaerent nimis longo spatio interposito quasi discrepasse, non vercor ne in levitatis crimen incurram, cum hunc ordinem rerum lib. IV curratum fuisse statum: primum fuisse belli servilis exitum, ut postquam extremo lib. III urbem Romam in summum discrimen adductam fuisse narratum erat, statim huius libri principio, quo modo eo periculo liberata esset, lectores docerentur; in qua re cum summae fuissent M. Crassi et Gn. Pompei partes, statim indicatas fuisse res urbanas per eosdem viros actas; deinde transiisse scriptorem ad bellum in regione Italiae proprio gestum (Thraecicum), tum piratarum facinoram, denique bellum Mithridaticum ab eo tempore, quo Lucullus regem in sua ipsius ditione in-

pugnare coepit, usque ad illud, quo Mithridates ab Parthis auxilium petere coactus est, enarrasse. Sic adparet eas res, quas in ulteriora tempora scriptor persecutus est, post eas, quae antea ad finem adaetae fuere, conlocatas fuisse, simulque ita Sallustium optime sibi transitum paravisse ad eas res lib. V enarrandas, quibus Gu. Pompeius in summum potentia fastigium eveetus est. Ceterum procul absim ab ea iudentia, ut haec pro certis venditatis ausim, ea tantum propono, quae mihi boni et circumspicui rerum scriptoris fuisse videantur.

1 [Kr. 22. G. 4]. Hi locorum perguari et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia sentorma fuerat, ea arte se quisque in formam parmae equestris *clupeo* armabat.

Non. p. 381: *Parma est scutum breve. Sallustius Hist. lib. III: hi locorum periguari [recte Doussa perguari] et -- fueread ea arte [ea artee princ. eam arcem 1480 A. eas artes Doussa, fuerat ad eam artem Carriq. fuerat ab ea arte Ursin., fuerat, ea arte Merc.] -- formam parmae equestria [sic libri; recte edd. parmae equestris] armabat.*

*2 [Kr. 23. G. 5]. Coria recens detracta quasi glutino adulescebant.

Serv. ad Verg. Ge. III 155: '*Sole recens orto*'; *statim. Sallustius: coria recens detracta veluti glutino [sic codd.] adulescebant. Id. ad A. VII 632: 'Salignas umbonum crates', ut dicit Sallustius de Lucanis, qui de vimine facta senta roentibus [V. recens] detractis coriis quasi glutino adulescebant [Guelf. I. II. R. Lips. et al. tantum senta coriis tegebant]. Philarg. ad Verg. Ge. IV 50: *Gluten: hic gluten. Sallustius autem: hic glutino adulescebat. Charis. p. 88: quam declinationem Sallustius sequitur, cum dicit: quasi glutino adulescebant. Id. p. 131: itaque Sallustius istius potius declinationis usum secutus glutino inquit adulescebant, ut gaudio, praecuo.**

Fr. 1 et 2 quin ad eandem rem spectaverint, non dubium est, si quidem Flor. II 8, 6: *adfluentibus in dies copiis cum iam esset iustus exercitus, e viminibus pecudumque tegumentis inconditis sibi clipeos, ex ferro ergastulorum recocto gladios ac tela fecerunt.* Frontin. Strat. I 7, 6: *Spartaco captisque eius scuta ex vimine fuerunt, quae coriis tegebantur.* Id in Lucania factum esse neque statim post initium belli servilis, ex loco Serv. ad Verg. A. VII 632 adparet, neque obstat quod Florus ante res ab Spartaco gestas narravit, eum aperte quao in exercitu instituerit, quoque modo se dux gesserit, ipsis factis praemittantur. Qua re quamquam de armis paratis etiam lib. III dictum fuisse ex fragmenti 67 initio eouligitur, tamen nihil est, eur apud Nonim in numero libri erratum esse censeamus. Set in fragm. 1 fateor me non percipere, quo modo se in formam parmae equestris armabat recte dicatur. Nam etsi liberius eam formam usurpatam esse constat (Suet. Cal. 19: *superiectoque aggere terreno ac directo in Apptae viae formam.* Tac. ab exc. d. A. XV 24: *legati Parthorum mandata regis Vologesis litterasque in eandem formam attulere*), tamen quo minus illud feratur, ratio obstat, quoniam se armare is tantum dicitur, qui armis, non aliquo armorum genere se instruit, et forma armorum generis, non hominis est, nisi omni habitu ei species quaedam datur (recte diceretur: *armare in formam militis gregarii, in modum equitis*). Unde mihi videtur excidisse apud Nonim illud, ad quod verba in formam parmae equestris relata essent. Iam fragmenti alterius formam eam veram esse, quam Serv. ad Verg. Ge. III 155 memoriae tradidit, facile intellegitur, si quidem verba, ut ad A. VII 632 relata sunt, constructionem prorsus pervorsam praebent simulque libri multo breviora

exhibent, ut adpareat primum grammaticum rem breviter significasse, tum alium pleniorum locum Sallusti adscripsisse atque inde incondita illa verba conmixta esse. Per se autem perspicitur haec verba haut longe ab fr. I disincta fuisse, set cum ea forma sint, ut vix ad singularem referri potuerint, videudum est annon in fragm. I pluralis fuerit: *chapsis* in formam parmae equestris se armabant, quae facile *pellibus pecorum abducebant*. Nam coria cet.

3 [Kr. 24. G. 60]. Rursus inuenta nauti ad oppidum ire contendunt.

Non. p. 176: *Contendere, festinare*. De fugitiuis ea dicta fuisse ipsa res videtur docere. Oppidum an Thurii fuerint (App. b. c. I 117 p. 532), incertum.

4 [Kr. 26. G. 6]. Et reuersi postero die multa, quae prope-
rantes deseruerant in castris, nauti, cum se ibi cilio vinoque laeti
inuitarent.

Non. p. 219 s. v. *inuitare*. Libri *et versi*, in quo *reuersi* latere bene perspexit Carrio; idem mendam librariorum *multoque prop.* feliciter sustulit mutando in *multa quae*. Per se adparet, eos, qui in castris se laeti inuitauerint, victores fuisse ac castra hostium deserta; set *properantes deseruerant* ad alios, ad victos hostis, referri ratio vetat. Nisi igitur aliquid excidit, victores putandi sunt castra cepisse, set ex eis confestim ad persequendos hostis properasse, tum reuersos, quae primo reliquerant, diripiisse. Eos victores cum patent minus seuera disciplina coercitos fuisse, fugitivos fuisse veri simillimum videtur, nec veri specie caret Kritzii suspicio, spectasse fragmentum ad eladem, quam Mummius, M. Crassi legatus, accepit (Plut. Crass. 10. Drum. IV p. 79).

*5 [Kr. 27. G. 10]. Sorte ductos fusti necat.

Serv. ad Verg. A. II 201: '*Sorte ductus*'; sic Sallustius: sorte ductus fusti necat (*codd. Burm. furta vel furti negat; Guelf. I fuisse negat; edd. vetl. furti negati*). Id. ad VI 22: *Proprie autem 'ductis sortibus'*. Sallustius: sorte ductos fusti necat. Cum M. Crassum exercitum ignavum decimatione coërensis memoriae proditum sit (App. b. c. I 118 p. 533. Plut. Crass. 10. Drum. IV p. 79, 80), de alio duce his libris commemorato idem neque constet neque veri simile sit, quin verba haec ad Crassum referenda et libro IV adscribunda sint, dubium non est. Ceterum eisdem verbis usus Tac. ab exc. d. A. III 21.

6 [Kr. III 95. G. III 18]. Dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt.

Prisc. IX p. 487: '*mulsi mulsum' et 'mulctum'*. Sallustius in IIII *historiarum*: dein — permulcti sunt. Quarti libri fuisse Prisciani codices nro consensu testantur. Aliter haec verba intellegi non posse nisi: duces, cum pridie ira in milites saevivisset, postero die eos liberalibus verbis permulcuisse, Kritzio concedere non possum. Noue enim milites, cum pridie vehementissime permoti fuissent, per noctem iam mollita ira permulceri ab duce potuerunt? et nonne ut ita locum intellegamus, ratio postulat (cfr. Conn. p. 17)? Quae cum ita sint, num verba cum Debrossio ad Crassum milites, cum antea ab eis crudeliter poenas expetisset, iam rursus lenientem referenda sint, valde dubium est.

*7 [Kr. 28. G. 78]. In silva Sila fuerunt.

Serv. ad Verg. A. XII 715: *Syfa mons est Lucaniae*. — Sallustius de

fugitiua: in silva Sila fuerant [al. fugerant]. Vide unum serbandum sit in silua Silam fugerunt. Spartacum, cum superiores esse Crassi copias intellexisset, in extremam Bruttium fugisse, nude in Siciliam transieret, constat [Plat. Crass. 10. App. b. e. I 118 p. 533. Flor. II 8, 12. Drau. l. e.].

8 [Kr. 29. G. 1]. Dolia, quae sub trabes locata vitibus aut virgis vincebant.

Arus. p. 261: *Sub illam rem locatum. Nove Sat. Hist. IV*: dolia cum sub — vincebant. Cum, quod Gu. exhibet, quia explicari non posse videbatur, recepi Lindemannii emendationem quae. Spartacum, cum a piratis desertus esset, rates confecisse, set eis transire in Siciliam frustra conatum esse, testatur Flor. II 8, 13: *ibi circa Bruttium angulum clausi, cum fugam in Siciliam pararent neque navigia suppetrent, ratesque ex trabibus et dolea concra virgultis rapidissimo facta frustra expertentur* — ex quo loco hinc referendum esse quod sequitur fragmentum, certissimum est.

9 [Kr. 30. G. 39]. Implicatae rates ministeria prohibebant.

Prise. IX p. 473, ubi de duplici forma *implicatus* et *implicatus* dicit. Rates fluctibus rapidis inter se implicatae videntur itaque navigatio prohibita fuisse.

* 10 [Kr. 31. G. I 128]. G. Verres littora Italiae propinqua firmavit.

In eod. Gu. Arusiani (p. 254) post *propinquant illi loco et propinquant illum locum* haec leguntur: *Propinquum illa re. Sabus. Hist.*: G. G. Verres littora Italia propinqua firmavit. Iam in priore G latero libri numerum acuto Lindemannus perspexit, set minus recte eum VI fuisse suspicatus est. Ubiana cuius scriptorem de ea re narravisse credibile est, nisi ubi de Spartaci in Siciliam transeundi consilio dixit? Adparet ergo IV corrigendum esse. Pro *Verres* nominativam restitendum esse quivis videt. Set multo difficilior haec quaestio est recte grammaticus Sallustii locum rettulerit. Ablativum igitur cum *proximus* inactum ratione defendi ipse quondam ad lug. 18, 11 et 19, 4 p. 166 ostendi. Tamen, cum ratio per se parum valent, nisi usus adesset, Arusiani fides minuitur de altero loco lug. 18, 11 Diomedes p. 410 testimonio et libris Sallustianis. Ad quae cum adcedat, quod libros iam antiquitus multis modis corruptos fuisse et grammaticos praedicata quadam opinione Sallustio mirabilia atque incredibilia adfixisse constat, eo minus negare audeo Arusianum etiam hoc loco falsa scriptura deceptum fuisse, quo minus causa fuit, cur Sallustius de Siciliae littoribus dicens, Italiae cum locum delegeret, unde illa regio spectaretur et consideraretur.

11 [Kr. 63. G. 7]. Suspectusque fuit, inertum vere an propter negligentiam, societatem praedarum cum latronibus composuisse.

Non. p. 177 sq. sub verbo *componere, exsimulare, fingere* ex libro III haec adtulit, ita scripta: *suspectusque fuit inertum vero ac per negligentiam societatem praedarum cum latronibus composuisset*. Iam in proptulo est, ultimum verbum ab *suspectus fuit* pendere debere itaque infinitivum rescribendum esse, nec minus verbis *inertum* — *negligentiam* contineri duplicem interrogationem interpositam, in qua primum uti *vere* restituatur dicendi consuetudo postulat, tum *per negligentiam* ferri non potest. Quid enim hoc: *inertum* an *per negligentiam* suspectus fuerit? Debebat certe 'per suam ipsius negligentiam'. Facile autem est id in *propter* mutare. Haec de M. Antonio intellegi non posse (Drau. I p. 63),

ex numero libri adparet. In neminem autem melius ea convenire, quam in G. Verrem, acute Kritzius perspexit. De loco ubi ea dicta fuerint, cum quaeritur, cum Sallustius de acausatione G. Verris aliter ac per transcursum dixerit, in incerto relinquendum est: set duo fuere loca, ubi illud commodissime scribi potuit, aut ubi de Spartacae consilio in Siciliam transeundi dicebat scriptor, aut ubi de piratarum atrocitatibus.

12 [Kr. 10. G. 8]. Dissidere inter se coepere neque in medium consultare.

Arus. p. 238: *in medium pro in commune*. — *Salust. Hist. IIII*: dissidere — consultare. Illustravit Kritzius adlato loco Plut. Crass. 11: *ἰσφοβήθη μὲν οὖν ὁ Κράσσος μὴ λάβοι τις ὄρη τὸν Σπάρτακον* [postquam munimenta Romanorum in Bruttio perripit] *ἐπὶ τὴν Ρώμην ἰαύρειν, ἰθάρρησε δὲ πολλῶν ἐκ διαφορᾶς ἀποστάντων αὐτοῦ καὶ στρατοπεδεύσασμένων καθ' αὐτοῦς ἐπὶ Λευκαγίδος λίμνης, ἣν φασὶ τρέπεσθαι διὰ χρόνον γενομένην γλυκίαν καὶ ἀσθις ἀλμυρὰν καὶ ἄσποτον*.

13 [Kr. 11. G. 77]. Sapor iuxta fontis dulcissimos.

Arus. p. 262 s. v. *sapor iuxta Uam rem*. Ad quid haec verba melius referantur, quam cum Kritziō ad lacum Lucaniae, de quo dixit Plut. l. ad 12 adlato, aea invenio.

14 [Kr. 44. G. 61]. Avidior modo properandi factus.

Arus. p. 210: *avidus illius rei*. De Crasso, qui cum Pompeium adventare audivisset, ne gloriam confecti belli cum illo communicaret, omni studio Spartacum obprimere studuit (Plut. Crass. 11. App. b. c. I 119 p. 533 extr.), haec dicta fuisse, si non certum, at veri simillimam est.

15 [Kr. 42. G. 3]. Cum interim lumine etiamtum incerto duae Gallae mulieres conventum vitantes ad menstrua solvenda montem ascendunt.

Lemma apud Non. p. 335, qui haec verba ex libro IIII adfert, est *Galliae pro Gallicae*, et ita libri etiam in verbis Sallustianis. At recte Nipperdelius spieil. in Cora. Nep. p. 37 errasse aut Nonium ipsum aut librarios scribandumque *Gallae* statuit, quae sententia minime reicitur eo, quod Kritzius observavit, cum Sallustius *Saguntius* pro *Saguntinus* dixisset (fr. II 23), consentaneum esse eum etiam *Gallius* novasse. Nam in illis adiectivis usum certum et stabilem non fuisse, satis ostendit, quod Ovidius tunc saepe pro *Latinus* scripsit *Latius*; at eum *Gallius* contra consuetudinem dicendi scribere auderet nulla fuit causa. Rem recte illustravit Kritzius comparato Plut. Crass. 11: *Ἡρώτων μὲν οὖν διαγνοῦς τοῖς ἀφαστάσῃ καὶ κατ' ἰδίαν στρατευσόμενοις, ἂν ἀφηγούοντο Γάτος Καννίκιος καὶ Κάστος, ἐπιθέσθαι, λόφον τινὰ προκαταληφόμενος; ἄνδρας ἰθακιστῆρας ἀπίστευτε λαοθάνατον πειράσθαι κελύσας. Οἱ δ' ἰπειρώοντο μὲν τὴν ἀσθησῖν ἀποκρούπειν τὰ κράνη καταμπεύοντες, ὀφθέντες δ' ὑπὸ δυνεῖν γυναικῶν προθυνομένων τοῖς πολεμίοις ἐκινδύνευσαν εἰ μὴ Κράσσος* etc. Quae qui consideraverit, Pntareum ad *menstrua solvenda* apud Sallustium aut non legisse aut non intellexisse censebit. Set quo sunt tandem illa *menstrua*? sacra: privata an publica? et cur solei, non offerri aut fieri dicuntur? Qua denique mala fortuna accidit, ut eius rei, quam Sallustius ut omnibus notam commemorat, nulla apud quemquam veterum scriptorum mentio facta sit? Nisi quam corrupti Noni libri essent, omnes conpertum haberent, non auderem auidaciorum emendandi rationem proponere. Puto enim in illis verbis inesse

struem movendam, de quo sacrificiorum genere vid. Cat. r. r. 134, 2 et 141, 4. Fest. p. 218 et 239 ed. Lindem.; in syllaba *men* autem latere mihi videtur nomen dei, cui strues illa connota sit. Cetera menda *mulieris* et *otandis* iamdudum sublata sunt.

16 [Kr. 43. G. 41]. Legiones pridie in monte positas accessivit.

Haec verba apud Prise. X p. 535 leguntur statim post fr. III 68. Cur *accessivit* in *laccessit* mutetur, nulla profecto causa est, nisi verbis eam sententiam expressam fuisse censeas, quam ipse tibi fluxeris. Set quoniam ea ad eandem pugnam, de qua fr. 15 egit, relata sunt, de hoc proelio quae nota sunt circumspiciunda sunt. Plutarchus igitur loco ad 15 conlato sic in narrando pergit *εἰ μὴ Κράσσος ὀξέως ἐπιφανείης μάχην ἔθετο παῶν καρτηρωτάτην, ἐν ἣ τριακοσίους ἐπὶ διαχιλίους καὶ μυρίους καταβαλὼν ὄνο μόνους εἶχε κατὰ πάτον τετραμήνους, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἐσπῶτες ἐν τάξει καὶ μαχόμενοι τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέθανον*. Apud Front. bis de proelio ab Crasso adversus Giannici et Casti copias commissio commemoratum legitimus II 4, 7: (M.) *Livius Crassus fugitivorum bello apud Calamatiū (montem) educturus militem adversus Castum et Giannicum, duces Gallorum, duodecim cohortes cum C. Pumptinio et Q. Marcio Rufo legitis post montem circumvisit. Qui cum commissio iam proelio a tergo rianore sublato decurrissent, ita fuderunt hostes, ut ubique fuga, nusquam pugna capesseretur*, et II 5, 34: *Crassus bello fugitivorum apud Calamatiū [volg. Cathenam] (montem) bina castra coninus cum hostium castris vallae: nocte deinde eummatem copias, manente praetorio in maioribus castris ut fallerentur hostes, ipse omnes copias eduxit et in radicibus praedicti montis constituit, divisoque equitatu praecepit L. Quinctio, partem Spartuco obticeret pugnaque cum frustaretur, parte alia Gallos Germanosque ex factione Casti et Giannici eliceret ad pugnam et pugna simulata deduceret, ubi ipse aciem instruxerat: quos cum barbari insecuti essent equite recedente in cornua, subito acies Romana adaptu cum clamore procurrit. Triginta quinque milia armatorum eo proelio interfecta cum ipsis ducibus Livius tradit, receptas quinque Romanas aquilas, signa sex et viginti, multa spolia, inter quae quinque fuses cum securibus*. Quae testimonia non nihil inter se dissidentia si consideraverimus, num de eodem proelio ab Plutarcho et Frontino dieatur, dubium videtur. Nam ex Plutarchi narratione id proelium statim factum videtur esse, cum insulae in loco edito positae a mulieribus duabus Gallis detectae essent; videntur fugitivi illa sex milia armatorum inpetu petiisse, set Crassus auxilio adveniens gravissimam cladem edidisse. Quae sex milia armatorum non possunt esse duodecim cohortes, quas Frontinus priore loco commemorat, quo in errore fuit Drum. IV p. 80; nam eae non in loco edito conlocatae, set post montem circummissae sunt, neque a fugitivis pressae Crassi auxilio liberatae, set ab tergo cum Crasso iam proelio implicatus esset, incurrentes maxumam stragem fecere. Ad quae adcedit, quod quae Plutarchus de mortuis narrat, prorsus repugnant Frontini verbis *ut ubique fuga, nusquam pugna capesseretur*. Set cum his prorsus conveniant, quae Plut. de priore proelio ad Lucaniae laenum commissio memoriae prodidit: *Τῶν τοῖς ἐπιπέθων ὁ Κράσσος ἐξέωσε μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης, ἀφηρέθη δὲ τὸν φόρον καὶ τὴν δῶξιν αὐτῶν ἐπιφανέντος ὀξέως τοῦ Σπαρτακου καὶ τῆς φρυγῆς ἐπισησαντος*. Quod si per se veri simile est, Frontinum de artificis eodem proelio ab eodem duce adhibitis diversis locis dieturam non fuisse, paene certum videtur priorem eius locum ad aliam pugnam, quam alterum referendum esse. Set num regio, in qua proelium commissum est, recte nominata sit *ad Calamatiū (montem)*, an lateat in eo corruptela (ad laenum Lucaniae?), eo minus discernere audeo quod neque de illo laeu, neque de Calamatio multa perquirens quidquam invenire potui. Altero loco fortasse *ad Calamatiū montem* verum est, cum in monte hostes

castra habuisse traditum sit; set etiam de ea re indicium continendum, cum libri Frontini variant et Orosius V 21, quem ex Livio hausisse numerus occisorum fugitivorum ostendit, proelium *ad caput Silavi* commissum esse tradat. Iam si quae Plutarchus de ea pugna, qua C. Cassus et Gannicus cum suis copiis deleti sunt, narravit, cum eis quae Frontin. II 5, 34 tradidit, comparaverimus, certum est illius narrationem non pleasum esse — nam lacunam apud eum si statuerem, merito audacior viderer. Ceterum eum apud auctores, quibus usus est, invenisse Spartacum hant longe ab eo proelio abfuisse, verbis quae continuo sequuntur, mihi probari videtur: *Σπαρτάκω δὲ μετὰ τῶν τούτων ἤτταν ἀναχωροῦντι πρὸς τὰ ὄρη τὰ Πετρήνια*. Set rem diligentius perpendamus. Cum insidiae in monte a Crasso conlocatae per duas Gallas mulieres conspocatae essent, fugitivorum duces nihil aliud agere potuere, nisi ut cas, auto quam Crassus ipsos adgrederetur, obprimerent. Qua re Plutarcho fides habenda est, sex milia illa armatorum fugitivorum impetu in summum discrimen adactos fuisse nec minus eos per Crassum ex hoc periculo ereptos esse, set nullo modo credibile est, tum pugnam ea ratione factam esse, qua Frontinus narravit, nec tamen huic omnem fidem negare possumus. Igitur fugitivos credere debemus tum, cum Crassus eis, quos in insidiis posuerat, auxilio veniret, ne accipiti periculo caperentur, se receperisse et montem minus longe ab Spartacel castris disitum occupavisse: ibi tum ab Crasso eo modo pugnam factam esse, quo Frontinus tradidit, apud Plutarchum autem relicis ommissis statim exitum eius pugnae adiungi. Cui sententiae si quis obponat, de numero occisorum longe discrepare Plutarchum et Frontinum, quam multa in talibus rebus ficta utraque omnem modum aucta tradita sint apud scriptores, recordetur: illud potius tenendum est, quae Sallustius narraverit — nam ex eo Plutarchum hausisse certum videtur — multo maiorem speciem veri praec se ferre, quam quae Livius memoriae prodiderat (sic iudicavit tacite Momms. II. R. III p. 79). Iam ut tandem ad Sallustii verba, quae mihi tam longae digressionis causam praebuere, revertar, non video quem in his rebus locum habuerint, nisi legiones putes sex milia illa armatorum, de quibus Plutarchus narravit fuisse casque, cum fugissent fugitivi, ab Crasso in castra sua relictas esse. Cum autem rem talem, in qua ea verba recte dici potuerint, in alio bello accidisse negare nequeamus, cautius videtur fateri nos quo illa pertinerint prorsus nescire.

Cum Sallustium de situ ac natura Italiae extremarum regionum^{*} atque Siciliae insulae littorum dixisse, ubi res ab Spartaco et M. Crasso in illis gestas enarravit, paeco certum sit, fragmenta ad illa spectantia hic subiungere non dubito, quamquam plerisque apud veteres scriptores libri numerus non additus est.

* 17 [Kr. 32. G. 16]. Italiae plana ac mollia.

Serv. ad Verg. A. III 522: *humitemque videmus Italiam; aut naturam provinciae ostendit (quod verum est in illo transitu), ut Sallustius Italiae plana ac mollia [at. leg. Italia plana ac vel et mollis]*. Nisi Servium prorsus inconsiderate hunc locum addidisse credis, Sallustium haec non de omnibus Italiae regionibus planis ac mollibus dixisse adparet, set de littoribus meridionalibus (vid. fr. 20).

* 18 [Kr. 33. G. 13]. Omnis Italia coacta in augustias finditur in duo promunturia, Bruttium et Sallentinum.

Serv. ad Verg. A. III 400: *Sallentinum promontorium Italiae est [inter Calabriae et Bruttiae]; nam ut ait Sallustius: Omnis — Sallentinum, ubi corrupte nonnulli libri later; set cur Kritzius et Gerlachius finditur;*

quod nulla commemorata scripturae diversitate apud Lion. legitur, in *sciaditur* conmutandum putaverint, non percipio. Ex eis autem, quae scripserunt Strabo V p. 289 Mein. ἢ λοιπὴ δ' Ἰταλία στενὴ καὶ παραμῆκης, κορυφοσυμένη διχῶς, τῇ μὲν πρὸς τὸν Σικελικὸν πορθμὸν τῇ δὲ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν, σφιγγομένη δ' ἑκατέρωθεν (i. e. coepta in angustias) τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀδρίου τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Τυρρηνητικοῦ πελάγους, et Pomp. Mel. II 4, 1: *Verum ubi longe abit, in duo corava sciaditur respicitque altero Siculum pelagus, altero Ionium, tota angusta et alicubi multo quam inde coepit angustior* (coul. ibid. 8), ut ex ipsis Sallusti verbis intellegitur eum promunturii vocabulo non de extremis in altum procurrentibus linguis, set de pauciusculis in mare prominentibus dixisse. Sic Pacuvius 94 ed. Ribb. de Ida scripserat: *Promunturium quoque lingua in altum projicit*; cfr. Caes. B. G. III 12: *(oppida) posita in flagulis promunturisque ibiq.* Krauer.

19 [Kr. 31. G. 14]. Ad Siciliam vergens faucibus ipsis non amplius patet milibus quinque et triginta.

Arusianns p. 251 s. v. *putet tot pedibus*, quem locum male intellexisse patet. Cum Plut. Crass. c. 12 *τάφρον ἐμβαλὼν ἐκ θαλάσσης εἰς θαλάσσαν διὰ τοῦ ἀνέροσ σταδίων τριακοσίων* scripserit, eaque longitudo ad mensuram ab Sallustio dictam proximae adcedat, non dubium est, quin hic eum locum significare volnerit, per quem Crassus fossam duxit (cfr. Momms. III p. 79 not.). Quod si ita est, adparet *fauces* non eum Kritziō fretum Siculam intellegendas esse, set angustissimam Bruttiae paeninsulae partem.

20 [Kr. 35. G. 15 et 20]. Italiae Siciliam coniunctam fuisse constat: set medium spatium aut per humilitatem obrutum est aut per angustiam scissum. Ut autem curvum sit, facit natura *humilioris et mollioris* Italiae, in quam asperitas et altitudo Siciliae aestum relidit.

Adtulit haec Serv. ad Verg. A. III 414. Isid. Or. III 18, 3 p. 426: *Fretum Siciliae, quod Ithegium dicitur. Sallustius tuli ex causa vocari scribit dicens Italiae olim coniunctam fuisse Siciliam, et dum esset una tellus, medium spatium aut per humilitatem abruptum est aquis aut per angustiam scissum. Et inde Pηγιον nominatum, quia Graece abruptum hoc nominis nuncupatur. Est autem artissimum trium milium spatio Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, cuius hinc inde Scylla et Charybdis ostenditur. Ex Isidori verbis igitur apertum est, Sallustium etiam de originatione nominis Pηγιον dixisse, set quo connexu id eum relicuis fuerit, certo constitui posse diffido. At haut absurda haec videtur suspitio, praecessisse illud verbis ab Servio adlati, et paene certum videtur *abruptum est aquis* ab Isidoro ex prioro loco in posteriorem perspicuitatis causa translatum esse. Nam nisi illud praecessisset, in verbis quae apud Servium leguntur, aegre oblativo velut *aquis vel fluctibus vel mari* careremus. Nam relicua Isidori ab Sallustio sumptis, incertum est, certe quae illius fuerint, indagari non potest. Unde quod Kritzius et Gerlachius ante *curvum* exhibuere, tam sumptum sit ignoro; apud Lion. non legitur. Nec vero obscurum erit, cur *humilioris* inserendum putem. Etenim non credo Sallustium, scriptorem in exaequandis obpositis diligentissimum, nihil scripsisse, quod altitudini Siciliae responderet.*

21 [Kr. 36. G. 19]. Scyllam adcolae saxum mari imminens adpellant simile celebratae formae procul visentibus.

Isid. Or. XIII 18, 4 p. 426, his additis: *unde et monstrosam speciem fabulae illi dederunt, quasi formam hominis, cuminis succinetam capitibus, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere.* Serv. ad Verg. A. III 426: *Sallustius saxum esse dicit, simile formae celebratae procul visentibus. Canes vero et lupi ob hoc ex ea nati esse finguntur, quia ipsa loca plena sunt monstris marinis et saxorum asperitas illic imitatur latratus canum.* Cum aperte Servius Sallusti verba iu brevius contraxerit, profecto non video, cur priora illa verba quae apud Isidorum leguntur, ipsa Sallustiana esse negemus, nisi ea indigna illo scriptore fuisse ostenderit (vid. Kreys. ad Sall. Fragm. Vatic. 1835 p. 51). Cum vero neque ab Sallusti ingenio alienum videatur omnium de Scylla fabularum originem explicare, et sit in quo species quaedam Sallustianae orationis adpareat, reliqua quoque ab eo scripta fuisse suspicor, set neque quae eius verba fuerint neque quo connexu, divinare audeo.

22 [Kr. 37. G. 17]. Charybdis mare vorticosum, quod forte inlata naufragia sorbens gurgilibus occultis milia sexaginta Tauromentana ad littora trahit, ubi se laevata navigia fundo emergunt.

Hoc fragementum ex compluribus veterum scriptorum locis recte editores confecerunt. Primum Isid. Or. III 18, 5 p. 426 haec tradidit: *Charybdis dicta, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare vorticosum et inde ibi laevata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die erigit [an egerit?] fluctus et ter absorbet. Nam accipit aquas ut eromat, vomit ut rursus accipiat.* Serv. autem ad Verg. Aen. I 117: *quod de Charybdi legitur — de quo ait Sallustius Charybdis mare verticosum, pro quo vorticosum scribendum esse et ex Isidori loco et Plin. H. N. III 8, 14 adparet. Deinde Serv. ad Verg. A. III 420: unde naturam pristinam servat. Nam sorbet inversa [quae prehendit] et secundum Sallustium ea circa Tauromentanum littus egerit, atque ad 425: trahentem; Sallustius quod forte inlata naufragia sorbens gurgitibus occultis milia sexaginta Tauromentana ad littora trahit. Denique Arus. p. 229: emergit se. Sallust. Hist. IV: ubi se laevata navigia fundo emergunt. Ceterum cum Sen. nat. qu. VII 8, 2 p. 302 ed. Haas. haec scripserit: *deinde turbinum motus vagus est et disiectus et ut Sallustii utar verbis, verticosus, cometarum autem cet., et Gerlachius et Kritzius hoc singulare fragmentum esse voluerunt, ille Sallustium multum fuisse in ventorum causis aperiendis ratas (III 78), hic de vento, qui in Armenia minore M. Fabi et Mithridatis castra disturbavit (App. b. M. 88 p. 395, 10), dici arbitratus (V 6). Set verba Senecae si diligenter consideraveris, nihil eum ab Sallustio suspicasse patet, nisi vocabulum vorticosum, neque offendit pluralis verbis, quamvis facile sit emendare verba. Inim ne illud quidem certum esse adparet, utrum Sallustius vocabulo illo de turbine vel vento dixerit, au Seneca de alia re dictum ipse ad turbinum motus transtulerit. Mihi quidem, cum constet Sallustium mare vorticosum dixisse, cautius videtur hoc statuere.**

23 [Kr. 38. G. 18]. Triplici fluctu.

Serv. ad Verg. A. I 116, quae ad Charybdim pertinuisse ex loco Isidori ad 22 adlato adparet.

24 [Kr. 39. G. 21]. Pelorum promunturium dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto.

Serv. ad Verg. Aen. III 411: *Pelori; promunturium Siciliae est secundum Sallustium, dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cum se eius dolo crederet esse deceptum, veniens de Peltili: quamquam legerimus etiam ante Pelorum dictum.* Isid. Or. XIV 7, 4

p. 451: *Pelorum promanturium Sticiliae respiciens Aquilonem, secundum Salustium dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto.* De re cfr. Mel. II 7, 15. Val. Max. IX 8, 1. Strabo I p. 12, 21 et III p. 232, 24 Mein.

*25 [Kr. 57. G. 35]. M. Lollius Palicanus, humili loco Picens, loquax magis quam facundus.

Quint. d. o. IV 2, 2: *Haec est narratio.* — — *Non enim solum volunt esse illam negotii, de quo apud iudices quaeritur, expositionem sed personae, ut M. Lollius — facundus.* Gell. N. A. I 15, 12: *Eupeidius quoque verus de id genus hominibus consignalissime factus est: λαλῆν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, quod Salustius noster imitari colens adscribit: loquax inquit magis quam facundus.* Cum M. Lollium Palicanum constet a. 71 trib. plebei Pompeio in contione ad populum dicendi potestatem fecisse (praeter eos quos iam Kritzius laudavit, Zumpt. ad Cic. in Verr. I 47, 122 p. 204; Ellendt ad Cic. Brut. 62, 223 p. 402, Drumann. IV p. 382 et 386, 78, cfr. Momms. II. R. III p. 91 extr.), cui libro hoc fragmentum adsignandum et ad quam rem referendum sit, dubium non est; nec vero negaverim inter ea quae secantur fragmenta locum habuisse. Vid. fr. inc. 99.

26 [Kr. 50. G. 39]. Qui quidem mos ut tabes in urbem coierit.

Fest. p. 273 Lindem. *Tabem eam quae faceret tabescere apud antiquos usurpatam. Salustius quoque frequentex, ut in Catilina — —.* Et in lib. IV *historiarum: qui — coierit.* Quae verba quamvis mira sint, tamen emendatione (Carrio: *coniectus*) abstinendum videtur, cum neque quo connexu dicta fuerint adsequi possimus, et recte is mos in urbem coire dicatur, qui ex provinciis urbem invaserit in caquo quasi sedem fixerit. Quae si vera sunt, verba illa de tribuniciis turbis dicta fuisse veri prorsus dissimile est, set recto potero dici de more expoliandarum provinciarum, qui quidem ita in urbem coit, cum iudices senatores partem pecuniarum creptarum sibi vindicare staderent, ut consuetudo iniustorum iudiciorum ex provinciis quasi tabes etiam urbem intraret (Momms. III p. 86). Cum autem M. Lollium Palicanum constet in Sthenii Sientii causa de his iniuriis ad plebem dixisse (Cic. in Verr. II 41, 100. Drum. V p. 386, 78), fragmentum illud mihi non sine omni veri specie praegresso adiunxisse videor.

27 [Kr. 60. G. 31]. L. Hostilius Dasianus, iniquis animi.

Arus. p. 242 s. v. *ingutes illius.* Cum eod. Gu. Hostibus exhibeat, rectius Rahnk. ad Vellei II 68, 3 inde *Hostilius* effecit, quam Lindemanus *Hostius*. Si autem verum est, quod Kritzius suspicatur, hominem illum in eis fuisse, qui tum populum exagitavissent, cur hoc fragmentum ante ea, quae secantur, posuerim, facile intellegetur.

28 [Kr. 52. G. 26]. Exercitum dimisit, ut primum Alpibus digressus est.

Arus. p. 223 s. v. *digredior illum locum.* Haec de alio quam de Q. Metello Pio dicta esse non posse, iam dudum intellectum est (vid. Momms. II. R. III p. 91).

*29 [Kr. 53. G. 27]. [Pompeius] de virtis Hispanis tropaea in Pyrenaei ingis constituit.

Serv. ad Verg. A. XI 6: *constituit in tumbo; in colle: quia tropaea non figebantur nisi in eminentioribus locis.* *Salustius de Pompeio: devictis*

Hispanis tropaea in Pyrenaeis iugis constituit. Cum Guelf. I et II *Pyrenaei* exhibeant (al. *Pyrenaeae*), id recipiendum esse docuit Liukerus Em. p. 31. Set cum ex Plinio constet (H. N. VII 27, 96) Pompeium tropaea posuisse cum ex Hispania rediret, et in earum titulis Sertorium tacuisse, scribendum esse *de victis* facile adparet. Cfr. Tac. nb exc. XV 18: *At Romae tropaea de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur.*

30 [Kr. 55. G. 34]. Si nihil ante adventum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam.

Prisc. XIV p. 52 de *coram* dicens haec verba adfert. Verbum Pompei fuisse iam in itinere voluntatem suam componendarum discordiarum civilium declarantis in propatulo est. Verba per se ambigua sunt, cum non ostendant, nris partibus fautor et adiutor futurus sit — nam etiam optimates in eius adventum rem distulisse demonstrat Maccr III 61, 21 — set talis ambiguitas prorsus ingenio Pompei convenit. Ceterum vid. ad 32.

31 [Kr. 56. G. 33]. Multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur.

Non. p. 126: *Volentia i. e. quae vellet. Sallustius Historiarum lib. III: multisque — habebatur.* Nondum certum fuisse utri parti se adiuncturus esset Pompeius, cum hoc fragmentum ostendat, post 30 ponendum esse adparet. Talem suspicionem inde usitam esso, quod exercitum sese post triumphum statim dimissurum adfirmasset, Plutarchus narrat Pomp. 21.

32 [Kr. 58. G. 29]. Multitudini ostendens, quam colere plurimum, ut mox cupitis ministram haberet, decreverat.

Arus. p. 248 s. v. *minister his.* Corruptam libri Gu. scripturam *ut mox cupit is* egregie emendavit van der Hoeven spec. p. 48. Set quae sunt *mox cupita*? Nam etsi *mox* ad *haberet* referretur, tamen ea quae enperentur, mox eventura esse speratum esse adparet. Respondit Kritzius, verba apertissime spectare ad Gu. Pompeium, et ad eam contionem, quam consul designatus M. Lollio Palierno daute habuit (Cic. in Verr. Act. I 15, 45 ad eumque locum Ascen. p. 148), cupita ergo esse summam ac nullis finibus circumscriptam in re publica potentiam. Set vereor ut haec cum Pompei ingenio ac sententia non prorsus conveniant, qui quidem post consulatum minime multitudinem colerit, set ubique magno cum comitatu ingrediens ab aditu prohibuerit (Drum. IV p. 392). Omnino quis est, qui iguoret Gu. Pompeium minus ad summum potentiae fastigium properasse? Ac certius quidem iudicare possemus, si quid obiecti ad verbum *ostendens* relatum fuisset conpertum haberemus. Nam quod vnn der Hoeven coniecit *ostendens se* uti non prorsus reiiciendum, ita tamen dubium est. Cum vero *ostendere* usurpatum sit ab Sallustio de eis, quae futura promittuntur (vid. quae olim ad Iug. 23, 1 p. 181; 49, 5 p. 317 al. l. disputavi), quid impedit, quo minus h. l. eodem modo dictum putemus et *cupita* intellegamus triumphum et consulatum et agrorum adsignationes (Momms. III p. 89)? Similis tui argumenti haec verba sunt ne fr. 30 et 31. Quid quod fateor mihi non inconditam videri sententiam, si haec verba cum 30 coniungantur: 'Si — se daturum operam multitudini ostendens, quam — decreverat'. Set nolo id pro certo venditare.

33 [Kr. 54. G. 9]. Collegam minorem et sui cultorem expectans.

Arus. p. 220: *cultorem sui*. Haec verba si ad petitionem consulatus in annum 70 pertinere — id quod nemo facile infitabitur —, variae patent eorum explicandorum viae ac rationes. Possunt enim, quae Kritzi est haut improbabilis sententia, intellegi de M. Crasso, qui cum collegam se habiturum virum se inferiorem sibi deditissimum speravisset, subito Gn. Pompeium competitorum futurum coupererit, nec minus de Pompeio, qui cum Crassus ab eo ne suam petitionem aegre ferret petiisset (Plut. Pomp. 22. Crass. 12), fore ut ille in magistratu minorem animum gereret sibi obsequeretur, confusus sit, id quod certe principio consulatus evenit (Momms. III p. 95).

34 [Kr. 62. G. 72]. Crassus obtrectans potius collegae quam boni aut mali publici gravis existimator.

Verba extant ap. Arus. p. 250 eum leniente *obtrectans illi*, set corrupte in cod. Gu. legitur *gravis exactor*. Pro quo Gerl. scripsit *exactor*, facili mutatione set perversa sententia. Nec veri similis est Kritzi sententia illud ex *anctor* factum esse. Cum vero nihil certius sit, quam illa verba dicta fuisse de M. Crassi in consulatu actionibus, ex participio *obtrectans* autem et ex reliquis verbis adparet membrum finitum hoc continuisse: eum legibus ab Pompeio latis obstitis, manifestum est obtrectationi obpositum fuisse verum rei publicae studium, quod ab indicio de rebus agendis aut actis pendet. Quam ob rem scripsi *existimator*, cum hanc fuisse sententiam stituerem: Crassus in senatu (Plut. Pomp. 22. Momms. III p. 95) obstitit, obtrectandi potius studio quam recto iudicio, num res ab Pompeio actae rei publicae prosperae et utiles, an infelices et malae futurae essent. Possis suspicari *acstumator*, set vid. Madv. ad Cic. d. fin. III 2, 10.

35 [Kr. 50. G. 28]. At Gn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomen Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla euptoribus bonorum remisera, exigunda promulgavit.

Haec verba Gellio N. A. XVIII 4 enussum longioris disputatiouis de significatione adiectivorum *vanus* et *stolidus* praebuere. De re, de qua egit lex promulgata, Cicero dixit nec. Verr. III 35, 81, set ita ut non legem, verum aliquot senatus consulta commemoraret, quo Kritzi et Mommsenii (H. R. III p. 91) sententia Gn. Lentulum non eos. a. 72 (Drum. II p. 546), set eum censuram eodem l. Gellio Poplicola collega gereret a. 70 [vid. Fischer Tab. p. 204], legem illam tulisse confirmatur. Quae eadem aliquid inde munimenti accipit, quod Gell. l. c. *stolidos* definiuit esse *austeros et molestos et inlepidos, quos Graeci μοχθηροὺς καὶ φορητικοὺς* dicerent. Nam censuram illam severe gestam et multos senatu motos esse constat (Momms. l. c. p. 93. Drum. l. c.). Si iam verba consideraverimus, adparet quod Gn. Lentulus fecit, obpositum fuisse ei, quod L. Gellius egerat. Quod quid fuerit quamquam traditum non est, tamen suspicari possumus, severitatem illam in nobiles ab L. Gellio potissimum exercitam esse, Gn. Lentulum, patricium hominem, minus fortem se ostendisse, set ut ipse aliquid egisse videretur, legem de pecunia ab euptoribus bonorum exigunda promulgasse. Ita demum intellegitur, eum *Salustius patriciae gentis* adiecerit, quoque iure gravissimum hoc vituperium *perincertum stolidior an vanior* illi iniunxerit. Nam qui eius ingenium noverit, cum severitatem illum non vituperaturum, set laudatum potius fuisse intelleget. Neque illud incertum est, vanitatis et stultitiae crimen eum non inpositurum fuisse Gn. Lentulo, nisi ipsa illa lege confirmari visum esset. Quod si *vanus* et *stolidus* ita differre perspicuum est,

ut *stolidus* sit qui intellegendi facultate careat, *vanus* qui levitate quo minus recta ac vera sequatur prohibeatur, videmus Sallustium sane dubitare potuisse, utrum rectius Gn. Lentulo obprobrio daretur, qui cum de rebus maximis et gravissimis, de tollendis Sullae institutis, ageretur, lege de re, quae iam senatus consultis confecta erat, promulganda gloriam quaesivisset. Ceterum eis, quae de tempore legis latae dicta sunt, satis defenditur locus, quo hoc fr. posui.

36 [Kr. 61. G. 73]. Sestertium tricies pepigit a G. Pisone.

Arus. p. 251 cum lemmate *paescor ab illo illam rem*. Alium illa aetate G. Pisonem non novimus, quam qui anno 67 cum M. Acilio Glabrione eos. fuit (Drum. II p. 92—95). Eum saepius in ambitus suspicionem fuisse scimus, at quis atque quid ab eo pepigerit prorsus ignoratur. Sed ut coniecturae periculum faciam, eum rem pactam magnam et amplam fuisse adpareat, vel cum a. 67 latum esset, ut alteri consulatum Pontus et Bithynia provinciae decernerentur (Momms. H. R. III p. 98 sq. Drum. IV p. 159), M. Acillum ab G. Pisone, ut sibi eas concederet, pepigisse suspicor, vel Lucillum, qui L. Quinctium pecunia ab sui obtectione dimovere studuerit, etiam a G. Pisone ne sibi succederetur pepigisse (V 8), set simul apud Arus. in numero libri erratum et restituendum esse V. Certe numerus mutandus est, etiam si aliam suspicionem probemus. Haut absurdum enim est autumare, G. Pisonem cum dilectus a Pompeio adversum praedones maritimos habendos impedire conaretur (Momms. III p. 108), id corruptum ab M. Crasso vel alio homine nobili fecisse.

37 [Kr. 51. G. 82]. Atque haviit humus multa, vasta et profunda.

Non. p. 218: *Hiare est aperiri*. Sallustius *Historiarum lib. IIII*. Scite Kritzius ad terrae motum rettulit, quo a. 71 vel 70 Roma urbs concussa est teste Phlegonte ap. Phot. p. 84 a.

*38 [Kr. 46. G. 51]. Serv. ad Verg. Aen. VII 604: *lacrimabile bellum; Getarum fera gens etiam apud maiores fuit. Nam ipsi sunt Mysii, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos*, ex quibus verbis profecto nihil aliud conici potest, quam ab Sallustio narratum fuisse bellum ab M. Terentio Varrone Lucullo adversus Mysos Europaeos, qui postea Mysi nominali sunt, gestum, de quibus a. 71 triumphavit (Drum. IV p. 177 sq. Fischer. tab. p. 204); cfr. App. III. 29 p. 441, extr. Oros. VI 3. Entrop. VI 10 (S). Liv. Ep. XCVII.

*39 [Kr. 47. G. inc. 55]. Cum Probus p. 110 scripserit: *'zo', hac quoque syllaba nullum nomen repperi terminatum, nisi unum barbarae civitatis, lectum in Sallustio: 'Vizzo, Vizzonis'*, summa cum veri specie viri docti censuere eandem eam urbem fuisse, quae ap. Arr. perip. 13 Βίζος, ap. Strab. I p. 76, 25 et VII p. 43S, 30 Βιζώνη, ap. Entr. VI 10 (S), qui eam ab M. Lucullo captam memoriae prodidit, corrupte *Burziaone* vocatur.

40 [Kr. 48. G. 21]. In quis notissimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore in prora patibulo eminenti adfigebatur.

Non. p. 249: *Patibulum est crux. Sallustius Historiarum lib. III:* in quis notissimus quisque et malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo eminenti affigebatur. Priora verba quia recte iam dudum emendata sint, dubitari nequit: at in posterioribus primum *immutilato* difficile est, non quo de scriptura ambigendum videatur, quamquam Ursinus *muleato* coniecit, set quia vocabulum apud nullum alium scriptorem invenitur nisi in cod. Theodos. IV 22, l. Scilicet viri docti nonnulli, ut Frcundius Lex. s. v., quo maior esset piratarum crudelitas, de qua dici manifestum est, vocabulum *mutūlati* hoc loco praefixa praepositione in auctam notionem exprimere putavere: quam sententiam quo minus comprobemus et codicis Theodosiani locus obstat, et res ipsa, cum gravior cruciatus sit eorum, qui integri cruci adfiguntur, quam qui mutilati per artus celcius spirant. Cum autem Noni libri *improbi* exhibeant, variae initae sunt viae. Lipsius aut. lect. II 4 *in proris* conl., Putschius *in puppi*, Colerus *improbe*, Cortius *improbo*, ita interpretatus in inprobum diceretur pro: ad supplicia inproborum, cui sententiae adstipulatus est Kritzius. Neque infitior aliquam similitudinem habere ea exempla latinae dictionis, de quibus egit Naegelsbach Theor. d. l. St. p. 62 sq., at ea omnia non ambigua sunt neque aliam admittunt explicationem, *inprobum patibulum* obscure dictum esset, quia quis id ita acciperet, ut *inprobitalis* instrumentum putaret. Set nisi fallor, Sallustius non potuit non locum significare, ubi cruces in navigiis erectae fuissent. Qua re cum Gerlachio Lipsii emendationem probavi, quippe quae proxime ad librorum scripturam accederet, set singularem scribere malui propter praegressum *malo*. Postremo *emineus*, pro quo in b *emineus* scriptum est, mihi displicuit, cum mire dictum esset pro *sublimis*, ex alto conspicuus. Ipsum potius patibulum emineere dicendum fuit.

41 [Kr. 49. G. 2]. Demissis partem quasi tertiam antennae.

Arus. p. 253 cum leaumate *partem demissis*. Quamquam illud ab multis nautis sic iustitium potuisse non iustitandum est, tamen cum libro IV de piratis narratum fuisse conpertum habeamus, ut ad eos verba referamus probabilitatis rationes videntur postulare.

42 [Kr. l. G. 44]. Amisumque adsideri sine proeliis audiebat.

Prisc. VIII p. 435: *'obsideo' vero et 'assideo' activa sunt, faciunt enim 'obsideo' et 'assideo', unde Sallustius in IIII historiarum: Amisumque [sic c. x. K et Dousae ei. recte emend. quod in libris relicto est amisumque] — audiebat. De Amiso diu per L. Luculli copias obsessa vid. Drma. IV p. 135. Momms. III p. 51 et 56. Non dubium est quin *audiebat* verbi subiectum cogitandus sit Mitridates vel alius Romanorum hostis.*

43 [Kr. 69. B. 75]. Quia praedatores facibus sibi praelucentes ambustas in lectis sine cura reliquerant.

Arus. p. 256 s. v. *praeluceo*, ubi corrupte scribitur: *qui praefores*. Locum recte emendavit et illustravit, coulati Plut. Luc. 19 verbis de capta Amiso: πάντα γὰρ ἔξερευνῶντες ἐπὶ λαμπάδων καὶ πανταχοῦ φῶς ἐπιφύγοντες αἱροῖ τὰ κλεῖστα τῶν οἰκημάτων καθεῖλον, Linker. em. Sall. p. 32 sq. set iam antea in eadem emendationem inciderat Wagsner A. g. IX p. 198.

44 [Kr. 2. G. 68]. Simul eos et cunctos iam inclinatos laxitate loci plures cohortes atque omnes ut in secunda re pariter acres invadunt.

Non. p. 90: *Laxitas*. Sallustius *Historiarum* lib. III. In eius libris cum scriptum sit *laxitas et loci*, veri simillima sane est Merceci et Carionis ei. *laxitate loci*. Deinde libri *acre*, quod quamvis quodam modo defendi possit (vid. quae olim ad Ing. 5, 4 p. 45 adnotavi), tamen cum neque intellegatur cur Sallustius, qui adverbio *acriter* tam saepe usus sit, h. l. eo uti noluerit — nisi forte id cum mirabilium studio fecisse censet — et perspicuum sit rectissime dici quibus animis invadentes fuerint, cum Gerlachio facillimum emendationem *acres* recipiendum putavi. Set ut de sententia primum exponatur, *laxitate loci* cum *inclinatos* coniungi non posse adparet, cum *inclinare* de eis tantum dictum sit, qui pugna recedere coguntur, neque omnino quid tandem spatiositas locorum ad inclinandam aciem adferat perspicitur. At laxitate loci ut pluribus simul hostium invadendorum copia fiat, efficitur, unde ablativum illum cum *plures* coniungendum esse patet. Sic igitur factam rem, de qua Sallustius narrat, cogitare debemus: cum hostes in angustiis impetu facto iam in spatiosiora loca cedere coacti essent, ea loci oportunitate usas plures quam antea cohortes eos invasisse atque omnes ut in secunda re ad pugnandum acres fuisse. Id in proelio ad Mithridatis castra apud Cabira commissio factum esse credibile non esse, qui omnia de eo veterum scriptorum testimonia exploraverit, facile sibi persuadebit, set similla videtur pugna fuisse, de qua Plut. Luc. 17 init. narrat: *Ἐκ τούτων Σωκράτης μὲν ἐπὶ στόν κομιδῆν ἐπέμφθη μετὰ δέκα σπειρῶν (σπεῖρα et de manipulis et de cohortibus dici notum est), καὶ καταδιωχθεὶς (ergo in angustias compulsus) ὑπὸ Μενάνδρου, τῶν Μιθριδάτου στρατηγῶν ἐνός, ἀντίστη καὶ συμβαλὼν φόνον ἐποίησεν πολλὸν καὶ τροπὴν τῶν πολεμίων*. Nec vero infirmitatissime haec verba locum habere potuisse in descriptione pugnae ad Arminium factae (vid. fr. 62).

45 [Kr. 3. G. 71]. Ita in castra sine vulnere introitum.

Arus. p. 245: *Introitum in illa loca*, ubi aut in lemma erratum est, aut locus Sallusti in libris male scriptus: *ita castra sine vulnere introitum*. Set in scriptura duobus Servi locis defenditur, ad Verg. A. X 628, ubi Sallusti *castra sine vulnere introitam* comparatur cum Vergili *pavem Troiano ab rege petendam* et ad XI 230: *Pavem Troiano ab vege petendum: sicut etiam supra diximus, cum per gerundi modum aliquid dicitur, per accusativum elocutionem formemus necesse est, ut petendum mihi est equum*. *Lucretius*: *veternas quoniam pavens in morte timendum*. *Item Sallustius*: *castra sine vulnere introitum*. *Nam 'castra' accusativus pluralis est, qui multis errorem facti ut videatur esse nominativus: quia neutra triplata sunt et similis est nominativus accusativo*. Quibus testimoniis nonne cedere debet lemma apud Arusianum, praesertim cum ipsi loco adlato repugnet? Set primum necesse consideres quae, quam futilla nique inania sint verba ab Servio adiecta. Nonne tibi audire videris Asperum illum, quem iam alio loco fr. III 35 iusana Sallustio adfinxisse deprehendimus? Et cum quibus exemplis is locus comparatur? Nouno gerundi longe alia est natura quam passivi impersonaliter dicti (vid. Forbig. ad Verg. Aen. XI 230 p. 351 sq.)? Quid tandem Sallustium commovisse opinaris, ut eum *introire* cum *acc.* iungi soleret, ergo passivum recte usurpare posset, tamen novum et inauditum genus dicendi proferre mallet? Talis fingere umbratilis potius grammatici est, quam eius scriptoris, qui hominibus politis et prudentibus styli existimatoribus se scribere sciat. Ergo equidem ego non dubito, quin falsa ab grammaticis relata sint. Set de cohaesito, utrum Sallustium scripsisse castrum *castra* — *introita*, an se-

cundum Arusiani lemma: *in castra — introitum*; hoc autem tutius mihi videtur. Sed ad quam rem ea verba pertinnerint si quaesiveris, ad ubi quod in libro III narratum fuit, aptius referas, quam ad castra Mithridatis apud Cabira captis (vid. ad fr. 44).

*46 [Kr. 4. G. 41]. Cultu corporis ornata egregio.

Serv. ad Verg. G. 1 3: *Et 'cultum' hic habitudinem corporis significat, alias ornatum. Sallustius: culta — egregio* (vid. Iug. 33, 1). Nisi qui coniecturae, ne tum quidem cum certa iudicia ad eam ducant, quidquam tribuendum neget, Kritzius adsentietur haec ad Mithridatis coniugem, Monimeu Milesiam, referenti. Quam eum Plut. Luc. 18 tum, cum Bacchides eunuchus ut se ipsa interficeret optionem daret, diademate ornata fuisse narrot, vix probabiliorum verborum explicandorum rationem invenias.

*47 [Kr. 5. G. 42]. Tenuit Lucullus thesauros, custodias regias.

Haec verba commemorata ab Pompeio A. D. p. 190. 191 egregie Kritzius illustravit comparatis verbis Plut. Luc. c. 18: *Τὰ δὲ Κάβειρα λαβῶν καὶ τῶν ἄλλων φρουρῶν τὰ πλεῖστα θησαυροῦς τε μεγάλους εὐρε καὶ δεσποτήρια, πολλῶν μὲν Ἑλλήνων, πολλῶν δὲ συγγενῶν τοῦ βασιλέως καθειργμένων, οἷς πάσαι τεθνήαι δοκοῦσιν οὐ σωτηρίαν, ἀλλ' ἀναβίωσιν καὶ δευτέραν τινα γέννησιν ἢ Λουκούλλον χάρις παρίσχευ.*

48 [Kr. 6. G. 54]. Insolens vera accipiundi.

Adfert Don. ad Ter. Andr. V 4, 4, ut *insolens* idem esse atque insolitus, insuetus doceat. Quae verba non dubium est quin recte Kritzius censuerit dicta fuisse de Tigrane, Armeniae rege, ad quem Lucullus Appium Claudium qui Mithridaten expostularet miserat. Haec enim Plut. Luc. c. 21: *Ταύτην μὲντοι τὴν τραγωδίαν οὐχ υποτρέσας οὐδ' ἐκπλαγείς ὁ Ἀππίος, ὡς ἐνγεῖ λόγον πρώτον, ἀντικρὺς ἤκειν ἐφ' ἡ Μιθριδάτην ἀπάξων σφειλούμενον τοῖς Λουκούλλον θριάμβοις ἢ καταγγέλλων Τυγράνη πόλεμον, ὥστε τὸν Τυγράνην, καίπερ ἐν διακνήσει τοῦ προσώπου καὶ μειδιάματι πεπλασμένῳ περιώμενον ἀκούειν τῶν λόγων, μὴ λαθεῖν τοὺς παρόντας ἠλλοιωμένον τῇ παρησιᾷ τοῦ νεανίσκου, φωνῆς σχεδὸν ἑλευθέρως ἀκούοντα διὰ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτῶν· τσαῦτα γὰρ ἔβασίλευσε, μᾶλλον δὲ ἔβρισεν.*

49 [Kr. 7. G. 16]. Tetrarchas regesque exterritos animi firmavit.

Arus. p. 228 eum lemmate *exterritus illius rei*. Haec quoque non dubium est quin de Appio Claudio dicta fuerint, cui ut Syriae potissimum reges et civitates ad defectionem ab Tigraue pelliceret mandatum fuit. Cfr. Momms. III p. 60. Plut. Luc. c. 21, secundum quem hoc fragmentum ante 48 ponendum esse suspicari possis.

50. Camisos eum graecum nomen secundae declinationis, si faciens genetivo, in Sallustio se legisse testetur Probus p. 130, videtur eadem regio fuisse, quam descripsit Strab. XII p. 786: *Πομπήιος δὲ πολλὰς ἐπαρχίας προσώρτισε τῷ τόπῳ καὶ πόλιν ὠνόμασε καὶ ταύτην καὶ τὴν Μεγαλόπολιν, συνθεῖς ταύτην τε εἰς ἓν ἦν τε Κουλουπηνην καὶ τὴν Καμισήνην, ὁμόρους*

οὐσας τῇ τε μικρᾷ Ἀρμενίᾳ καὶ τῇ Λαυριανσηνῇ, ἐχούσας ὄρυκτοὺς ἄλλας καὶ ἔρμημα ἀρχαῖον τὰ Κάμισα νῦν κατεσπασμένον. Id castellum in itinere ab Lucullo facto commemoratum fuisse apertissimum est.

51 [Kr. 10. G. 52]. Quam maximis itineribus per regnum Ariobarzani contendit ad fluvium Euphratem, qui in parte Cappadocia ab Armenia diiungitur. Et quamquam ad id naves codicariae occulte per hiemem fabricatae aderant

Non. p. 366: *Codicarias naves etiam nunc consuetudo appellat eo quod in fluminibus sint usat. Sallustius Hist. lib. III: quam — aderant. Cum in Noni libris scriptum sit quamquam ad naves, minus prudenter ad prorsus abici videtur, quam ex A.J.M. ad id scribi, i. e. ad transeundum fluvium. Quid autem narraverit Sallustius dubium est. Plutarchus certe Luc. 24 ab eo divorsus fuit; nam καὶ κατιόντα (τὸν Εὐφράτην) πολὺν καὶ θολερὸν ὑπὸ χειμῶνος ἐνῶν ἤσχαλλεν, ὡς διατριβῆς αὐτῷ καὶ πραγματείας ἰσομείνης συνάγοντι πορθμῖα καὶ πηγνυμένο σχεδίας. Memnon. ap. Phot. p. 238 B. διέβη παρὰ ὄξαν πίζη τὸν Εὐφράτην, App. b. M. 84 p. 301, 16 nil nisi τὸν Εὐφράτην περάσας. Ceterum ex membro concessivo adparet, Sallustium de difficultate transeundi dixisse, unde veri simile est, admirabilem illam fluminis demuntionem, de qua Plut. copiose exposuit, ab eo omissam non fuisse (vid. fr. inc. 97).*

*52 [Kr. 11. li. 55]. Isidor. Or. XIII 21, 10 p. 429: *Sallustius autem auctor certissimus asserit Tigridem et Euphratem uno fonte manare in Armeniam, qui per diversa euntes longius dividuntur spacio medio relicto multorum milium, quae tamen terra, quae ab ipsis ambitur, Mesopotamiam dicitur. Ex quo Hieronymus animadvertit aliter de paradisi fluminibus intelligendum. Locus Hieronymi est lib. de interpr. nom. hebr. T. III p. 202 ed. Vallars.: Euphrates, fluvius Mesopotamiae, in paradiso oriens. Porro Sallustius auctor certissimus asserit tam Tigridem quam Euphratem in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animadvertimus aliter de paradiso et fluminibus eius intelligendum. Utrum igitur rectius Sallusti locum retulisse dicas? Secundum Hieronymum dubium non est, quin Sallustius suum utrique fluvio fontem esse dixerit. Quod si fortasse adversus aliorum descriptiones, qui, uti vera res est, utrumque fluvium ex pluribus rivis oriri docuerant (vid. Mannert. V 2 p. 142 sqq.), unum, non plures utrique fluvio fontem esse Sallustium adseruisse ex Isidori verbis coniciendum putaveris, certe hunc pervorsis et illo prorsus indignis verbis usum esse non negabis. Qua re satius videtur quid Sallustius dixerit intellegere, quam ex immunditiis Isidori quae eius ipsa verba fuerint enucleare conari. Cfr. praeterea Vib. Seq. s. v.*

Euphrates. Ceterum Sallustium eo loco de illis fluviis exposuisse, ubi Lucullum in Armeniam profectum esse narravit, non modo veri simillimum, verum paeae certum est.

*53 [Kr. 12. G. 56]. Cum Schol. ad. Juv. sat. I 104 *Mesopotamei* inquit *homines effrenatae libidinis sunt in utroque sexu, ut Sallustius meminit*, verba ipsa scriptoris non diligenter prolata esse adparet, nec vero minus eodem in loco illud dictum fuisse atque Fragm. 52.

54 [Kr. 13. G. 83]. Hieronym. comm. in Dau. c. 3 T. V p. 641 ed. Vall. *Sallustius scribit in Historiis, quod naphtha sit genus fomitis apud Persas, quo vel maxime nutriantur incedia*. Prob. p. 123: *Unum inveni barbarum monoptotum 'naphthas.'* Sallustius posuit, et p. 130: *et 'hoc naphthas, huius naphthae,' genus olei cedro simile, sicut Sallustius Historiarum libro quarto. Sed melius erit indelectabile*. Ex quibus testimoniis perspicuum est Sallustium non simpliciter naphtha commemoravisse, set etiam de eius natura exposuisse, quam ob causam non tam praeferre negandum est verba ap. Prob. *genus olei cedro simile* ab Sallustio sumpta esse. Ceterum cum constet, Mancaeum, Tigranocertae praefectum, naphtha Romanorum machinas incendisse (Drum. IV p. 146, 37. Momms. III p. 60), certe quo loco de eo Sallustius dicere potuerit non ignoramus.

55 [Kr. 14. G. 37]. *Scalas pares moentium altitudine*.

Arus. p. 253: *par hac re*. Eodem modo dixit Ovid. Fast. VI 804: *in qua par facies nobilitate sua*; set frustra is usus ablativi artificiosis rationibus explicatur et munitur, cum satis constet esse ea vestigia antiquae dativi formae in *e*; efr. Krüg. gr. lat. § 195, I p. 200. Weissenb. gr. lat. § 96, 5 p. 94. Krebs gr. lat. § 36 adn. I p. 31. De obpugnatione Tigranocertae vel alius oppidi ab Luculli exercitu obsessi dictum fuisse adparet.

56 [Kr. 15. G. 60]. *Pluteos rescindit ac munitiones demolitur locoque summo potitur*.

Non. p. 67: *Demoliri, diruere*. Cum pluteorum in obpugnandis potissimum oppidis vel castellis usum fuisse constet, adparet de eruptione in obsidentium castra facta dici. Set num illud ad Tigranocertam an ad aliud ab Romanis obsessum oppidum factum sit, utique in incerto relinquendum.

57 [Kr. 16. G. 53]. *Qui praegrediebantur equites catafracti ferrea omni specie*.

Non. p. 383 s. v. *catafractae*. Tales equites in Tigranis regis ex-

ereitū fuisse, ad liberandam obsidione Tigranocertam adproperante, constat (Drum. IV p. 146 sq. Momms. III p. 61).

58 [G. 67]. Et sequebantur equites catafracti.

Serv. ad Verg. Aen. XI 770 (vid. fr. 57) haec verba adtulit. Cum autem pluribus locis catafractorum illorum ab Sallustio mentionem fieri non modo potuisse, sed debuisse adpareat, cautius videtur cum Gerlachio verba illa separata ponere quam eum Kritzio sic statuere: Servium memoriae lapsu verba ab Non. p. 381 (fr. 57) commemorata false rettulisse.

59 [Kr. 17. G. 66]. Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.

Serv. ad Verg. Aen. XI 770 [*spumantemque agitabat equum, quem pellis aenis in plumam squamis auro conserta tegebat*] haec adnotavit: *catafractus eum fuisse significat. Catafracti autem equites dicuntur, qui et ipsi ferro muniti sunt et equos similiter munitos habent, de quibus Sallustius: equis — adnexuerunt; nunc autem pro linteo pellem posuit et aeneas squamis aeneas laminas intellegimus; 'in plumam' vero est in similitudinem plumae. Iam Sallusti verba Kritzius ita interpretatus est ut adnectere eodem modo dictum diceret, quo adpergo, induo, circumdo similia; operimenta adnectere laminis scriptum esse naturali quādam confusione pro operimentis adnectere laminas. Sed vereor ut in adnectendi verbum idem transferri possit, quod in adpergendi, induendi al. fieri liceat, quoniam illius talis notio est, ut ablativus id significet per quod aliud cum alio coniungatur. Quam significationem nonne hoc quoque loco obtinet? Nonne operimenta equis adnectenda fuerit? Ut sic statuam eo potissimum argumento commoveor, quod secundum Servium summa est huius loci cum Vergiliano similitudo. Quem ad modum igitur apud Vergilium *squamis aenis* ablativus est eius generis, quem qualitatis adpellant, sic etiam apud Sallustium ablativus dictus videtur. At quod ap. Verg. est *auro conserta*, id in Sallusti verbis frustra quaerimus; fortasse igitur illud omissum est, qua ratione operimenta lintea equis adnexa fuerint.*

* 60 [Kr. 18. G. 80]. Apud Cordueos amomum et alii leves odores gignuntur.

Philarg. ad Verg. G. IV 49: *Odor coeni gravis; ordo est: odor gravis, quia et levis dicitur. Sallustius: apud — gignuntur. Cum Lucullo post victoriam ad Tigranocertam reportatam atque ipsam illam urbem captam Cordueorum regem se dedidisse constat (Drum. IV p. 150. Momms. III p. 62), quae occasio fuerit Sallustio illorum diceudorum, apertum est.*

61 [Kr. 19. G. p. 155]. *Epistula Mithridatis.*

Rex Mithridates regi Arsaci salutem.

Omnes qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere, dein quod quaesitur satisne pium tutum, gloriosum an indecorum sil. Tibi per-

VAR. SCR. In titulo epistulae. — 1. Regem Parthorum Phraaten nominat Memn. ap. Phot. p. 238, Arsaceo Cass. Dio XXXV 3. Scilicet a progenie Arsacidarum fuit, nomine Phraates (Momms. III p. 63). — 2. ad belli societate morantur. — 3. quaesitur. quaeritur volg. Phoc. p. 1718 Putsch.: licet 'quaesere' lectum sit apud Sallustium et Tullium. — 4. Libri: tibi si perpetua — licet, nisi hostes op. et scelestissimi, egregia fama si Romanos oppresseris futura est neque petere — sperem. Ualde

petua pace frui licet, egregia fama, si Romanos obpresseris, futura est. Nisi hostes oportuni et scelestissimi, neque petere audeam societatem et frustra mala mea cum bonis tuis misceri sperem. Atque ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigra-
nem recentis belli et meae res parum prosperae, si vera existu-
mare voles, maxime hortabuntur. Ille enim obnoxius qualem
tu voles societatem accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi; et, quod florentibus optabile est, ego non validissimus praebeo exemplum, quo rectius tua componas.

Namque Romanis cum nationibus populis regibus cunctis una
et ea vetus causa bellandi est, cupido profunda iuperi et divitiarum. Qua primo cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere, dum a Carthaginiensibus premebantur amicitiam simulantes. Ei
subuenientem Antiochum concessione Asiae per dolum avortere,
ac mox fracto Philippo Antiochus omni cis Taurum agro et decem
millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde, Philippi filium,
post multa et varia certamina apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi et repertoires perfidiae, quia pacto vitam dederant, insensim occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose osten-

Kritzius: Tibi perpetua pace frui liceret, nisi — scelestissimi; egregia — futura est. Neque — sperem. *Linkerus:* Tibi si perpetua — licet, nisi — scelestissimi, egregia fama, si Roma nos oppresserit, futura est. neque — sperem. *Alia ratione laiere Th. Momms. Act. reg. soc. Lips. 1851 p. 153 et Hitzig. Mus. Rhén. X 3 p. 467. Quarum virorum sententiae profecto non digne fuerit, quae ab Hierarchia per obliuionem et convicia reicreantur. Nam illud insolenter demonstrare verba ita peruersa et perturbata esse, ut nisi scriptorem aut obscurissime dicere voluisse aut recte loqui non potuisse censeras, ferri non possint. Mihi hae rationes verae viae sunt. Cum optissime scriptor ad eam quaestionem quam modo proposuit, satisque — indecorum sit, respondeat (nam ad priorem licentiae tuae pacem agere infra respondeat ego — praebere exemplum quo rectius tua componas), tutum esse bellum ulporet, cum eo confecto perpetua pax futura sit et hostes oportuni sint i. e. in quos facile inpetus fieri possit (ita ad laudatum usum vocabuli non confugiendum est), pium, cum hostes scelesti pudentur, gloriosum, si victoria nobilis apud omnes gentes futura sit. Iam perspicuum est, tui notionem ad utramque aliam adiungi posse: gravius commendari quod gloriosum sit, si simul tutum, itaque quod pium sit, neque offendere potest, si Sall. cum vere ad alteram quaestionem respondeat, tamen teste etiam quod ad priorem pertinet dicat, praesertim cum idem de altera necessario valeat. Recte igitur procedit oratio hoc modo: tutum et gloriosum bellum esse tibi confirmo: nisi bellum pium et simul tutum sit, nihil aliud te petere audeam nec sperem. Quum ob causam adhuc locus facultatis et ad sententiam optissime emendari visus est deleta si et transpositis verbis nisi — scelestissimi. Ceterum scelestissimi B, sceleratissimi Cort. — 3. cum bonis tuis B. cum tuis bonis Cort. — 4. atque libri. atque Cort. — 5. rarum libri. parum Britanniens. — 6. maxime B. — 12. Qua libri. Quia Kritz. primo B, prius Cort. — 13. chartaginiensibus B. praemebantur B. — 15. fracto B. tracto Cort. — 19. occidere eum eN cuius B.*

tant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem, post, habitum
 custodiae agrī captivi, sumpribus et contumeliis ex rege miserri-
 mum servorum effecere simulatoque impio testamento filium eius
 9 Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more per
 triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est. Postremo Bithyniam
 Nicomede mortuo diripere, cum filius Nysa, quam reginam ad-
 10 pellaverat, genitus haut dubie esset. Nam quid ego me adpellam?
 quem diunctum uodique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum,
 quia fama erat divitem neque servitutum esse, per Nicomedem
 bello lacessiverunt, sceleris eorum haut ignarum, et ea, quae ac-
 11 cidere, testatum antea Cretensis, solos omnium liberos ea tempe-
 state, et regem Ptolemaena. Atque ego ultus iniurias Nicomedem
 Bithynia expulsi Asianque, spoliū regis Antiochi, recepi et Grae-
 12 ciae dempsi grave servitium. Incepta mea postremus servorum
 Archelaus exercitu prodito impedit: illique, quos ignavia aut
 13 prava calliditas, ut meis laboribus tuti essent, armis abstinuit,
 acerbissimas poenas solvunt, Ptolemaens precio in dies bellum
 prolatus, Cretenses impugnati semel iam neque finem nisi excidio
 14 habituri. Equidem cum mihi ob ipsorum interna mala dilata
 proelia magis quam pacem datam intellegerem, abnuente Tigra-
 15 ne, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis ob-
 noxiis, rursus tamen bellum cepi Marcumque Cottam, Romanum
 ducent, apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherrima.
 16 Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumen-
 tum defuit nullo circum aduente: simul hiens mari prohibebat.
 Ita sine vi hostium regredi conatus in patrium regnum naufragis
 17 apud Parium et apud Heracleam militum optumos cum classibus
 amisi. Restituto deinde apud Caberam exercitu et variis inter me
 atque Lucillum proeliis inopia rursus ambos incessit. Illi sube-

TEST. SCR. 28. Charis. p. 119: *Ambos Terentius in Adelphis — Sal-
 lustius quoque historiarum libro IIII: inter me atque Lucillum prope inopia
 rursus ambos incessit.*

2. capti vi §. — 3. efficere §. — 4. per triūfūm duxere §. — 5. post-
 remo Bithyniam §. postremo totam Bithyniam *Cort. et Kritz.* — 6. Nysa
 §. Nysa *Cort.* — 8. diunctum §. disunctum *Cort.* — 13. Graeciaedem
 si graveser vitium §. — 16. ut §. uti *Gerl.* — 18. impugnati §. — 19.
 habitur §. quom §. *quam scripturam bis in eo libro inveniri, semel cum,
 alibi cum testatus est Orellius.* — 20. intellegerem §. — 22. coepi §.
 cepi *Fat. 2. Cort.* — 23. Chalcedona §. pulcherrima §. — 25. admi-
 nente §. hiens §. — 26. conatus §. conatus *Id. 1509. Cort.* Pa-
 27. trium §. — 27. apud meo Marte inserui. — 28. Caberam § et cet. libri.
 Cabira *Curio. Cort.*

rat regnum Ariobarzani bello intactum: ego vastis circum omnibus locis in Armeniam concessi: secutique Romani, non me set morem suum omnia regna subvertendi, quia multitudinem artis locis pugna prohibere, imprudentiam Tigranis pro victoria osentant.

5 Nunc quaeso considera, nobis oppressis utrum firmiter te ad resistendum an finem belli futurum putes? Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum et auri esse: et ea re a nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris. Ceterum consilium est, Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo [parvo labore] per nostra corpora bellum conficere, 10 quo neque vincere neque vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convulsisse? neque quicquam a principio nisi vi partum habere, domum coninges, agros inperim? conve- 15 nas olim sine patria parentibus, cum peste conditos orbis terra-

6. Charis. p. 196: *Ceterum Sallustius historiarum IIII: scio equidem tibi magnas opes virorum armorum et auri esse, et ea re ab nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris [petieris N.]. Ceterum consilium est Tigranis regno integro meis militibus belli prudentibus procul domo per nostra corpora bellum conficere, ubi Asper: 'ceterum quo modo positum est? pro aliquo? aliquis consilium est: an pro relicum, ut sit nomen? relicum consilium est.*

15. Serv. ad. Verg. A. VII 303: '*Conduuntur*' ergo sedem stabilem locant. *Sallustius* parte [V. Guelf. I. II pestem. L. R. Vos. Lips. per te] conditor [Guelf. II conditos] orbis terrarum.

8. *Postquam Mithridates Arsaci exposuit, propter opes eius se illius societatem nunc petere. Romanos diripiendi illius regni cupidus esse, omissis relicta breviter quid firmissime constituerint monet, sese paratos esse bellum conficere cum Romanis, aut interire aut vincere; quorum cum neutrum sine illius periculo fieri posse dicit, hoc quid aliud est quam minari: sese si victores fuerint, societatis aspersionem ultimos esse, sin victi, Romanos illi hostes futuros? Unde duo perspicua sunt: primum talia instrumenta belli ostendi debere, quibus vincere posse Mithridatem et Tigranem praestetur, ergo necessario ex Charisio contra omnis liberos recipiendum esse belli prudentibus; deinde dicere debere Mithridatem summa ope se ad victoriam aditurus esse, ergo, id quod Linkerus prudenter perspexit, parvo labore turpe esse gloriatorum adsumendum. — II. quom neque B. quando Att. quomodo Benal. Cort. quom Gerl. — 14. nisi partum B. et. codd. raptum Claccon. vi partum Klotz: de locis per con. emend. p. 21. — 15. sine patria parentibus B. sine patria sine parentibus Pompon. Cort. Gerl. Kritz. parentibus peste conditos B. et. libri. Quod qui explicant: conditos ex perditissimis ac pernitissimis orbis terrarum hominibus, non minus quam qui ablativum conditionalem esse dicunt, videant ne librorum fallacium scripturae nimis tenaces audiant. Nisi in peste antiquam dativi formam (pesti = in pestem. Cfr. ad fr. 55) haberi opineris, aut cum Linkero pestem scribendum erit, ad mecum praepositionem cum omissam esse statuendum. Cfr. Cic. in Cat. I 13, 33: cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernitie eumque exitio eorum, qui se tecum — iunxere, proficiscere ad inpiu bellum ac nefarium.*

rum: quibus non humana ulla neque divina obstant, quin socios
 amicos, procul iuxta sitos, inopes potentisque trahant excendant,
 18 omniaque non serva et maxime regna hostilia ducant? Namque
 pauci libertatem, pars magna istos dominos voluit: nos suspecti
 19 sumus aemuli et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Se-
 leucea, maxuma urbium, regnumque Persidis inclutis divitiis est,
 quid ab illis nisi dolum in praesens et postea bellum expectas?
 20 Romani arma in omnis habent, acerruma in eos, quibus victis
 spolia maxuma sunt: audendo et fallendo et bella ex bellis se-
 21 rundo magni facti. Per hunc morem extinguunt omnia aut occi-
 dent: quod hant difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia
 circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna
 22 aut nostris vitis adhuc incolumem. Teque illa fama sequetur:
 auxilio profectum magnis regibus latrones gentium oppressisse.
 23 Quod uti facias moneo hortorque, nen malis pernitie nostra tuam
 prolatare quam societate victor fieri.

7. Arus. p. 242: *In praesens pro ad praesens. Salustius — Histor. IV: Quid ab illis nisi dolum in praesens et postea bellum expectans.*

2. potentisque §. excendant §. excidant *ex Ursini et Ciceronii libris Curt.* — 3. maxume §. — 5. Seleucea §. Seleucia *Curt.* — 7. expectas §. — 11. *Ablativos Mesopotamia et Armenia nolui in dubitationem vocare, memor talium: porta Collina urbem intrare, via Nomentana proficisci simil.*

62 [Kr. 20. G. 50]. Tum vero Atropateni propinquantes iam
 annum Arsaniam.

Arus. p. 254: *Propinquant illum locum. Sal. Hist. IV: tum vero Bithyni [Bithini] Gu. set in mg. Bithini] propinquantos iam annum Tartanium. Cum neque Bithynos illis annis, quorum res gestae libro III enarratae fuere, quidquam gessisse constet — nisi forte eorum auxilia in exercitu Luculli fuisse opinaris —, nequo flavius Tartanium ullus usquam cognitus sit [Artanen vel Artannum in Bithynia fuisse docuit Forbig. geogr. ant. II p. 379], eum denique nulla in re faellius et turpius erratum esse quam in nominibus propriis exploratum sit, non vereor ne in crimen temeritatis incurram, si audacioro emendatione efficere studuero, ut hic locus conveniat cum Phit. narratione de pugna ad fluvium Arsaniam (Drum. IV p. 152. Momms. III p. 66), Luc. 31: καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀπὸ τῆς διώξεως ἀνεκαλεῖτο (ὁ Λουκιλλὸς), πρῶτος δ' ἀντίστη τοῖς Ἀτροπατηνοῖς κατ' αὐτὸν οὗσι μετὰ τῶν ἀρίστων καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν φοβήσας ἐτρέψατο. Ceterum si haec verba corrupta esse concessum fuerit, illud iure quaeri licet, annon inaudita illa verbi propinquandi constructio errori aut librariorum aut ipsius grammatici tribuenda sit.*

Adiungo iam ea fragmenta quae quo pertinuerint, dubium atque incertum est.

63 [Kr. 61. G. 12]. Omnes quibus senecto corpore animus
 militaris erat.

Prisc. IX p. 484: *'senesco' enim inchoatum est. Sallustius in IIII historiis: omnes — erat. De militibus evocatis dici apertum est neque prorsus relictanda est Gerlachii suspitio, tales ad exereitum accessitos esse in Italia advorsus fugitivos et Spartacum, set nihil obstat quo minus idem in obsesso oppido aliquo factum esse suspicemur.*

64 [Kr. 65. G. 17]. Clausi lateribus altis pedem.

Arus. p. 215: *altum pedes tot. Laterum in extruendis moenibus per Mesopotamiam et Babyloniam multum usum fuisse constat.*

65 [Kr. 66. G. 23]. Infrequentem stationem nostram incuriosamque tum ab armis.

Arus. p. 242: *incuriosam ab illa re. Pro tam scribendum esse tum recte iam ab aliis intellectum est. Nec coniungendum esse ab armis cum incuriosam Arusiano credo, set ab armis per se dictum esse, ut significet modo repositis armis. Quamquam haut improbabilis est Gerlachii suspitio, haec verba locum habuisse, ubi de Spartaco Crassi munitiones perrumpente narratum erat, tamen cum multis in locis idem accidere poterit, ut Mithridates in Armeniam minorem transiens multis ἀπορροδοκῆτος προσέπεισε (Cass. Dio XXXV 9, vid. ad V 1), res videtur in incerto relinquenda.*

66 [Kr. 67. G. 74]. Qui proximi loca hostium erant.

Arus. p. 252: *proximus illum.*

67 [Kr. 68. G. 76]. Stolide castra subgressus.

Arus. p. 262: *subgredior illum locum.*

68 [Kr. 70 et 71. G. III 29 et 30]. Curio religione Vulcanaliorum diem illidem moratus.

Charis. p. 62: *ut Bacchanaliorum Sallustius et Vulcanaliorum (vid. fr. III 79). Non. p. 333: Idem Hist. lib. IIII: Curio Vulcanaliorum die [d. W.] ibidem moratus. Pompei. in Don. art. p. 163 haec profert: Curio ibidem moratur regione Vulcanaliorum, idemque p. 222: religione Vulcanaliorum impeditus. Iam cum priore loco Pompei aperte religione restituendum sit, alter autem sententia certe cum priore conveniat, ut pro moratur vel moratus memoriae lapsu impeditus scriptum esse adpareat, denique verba ap. Non. laudata idem certe verbum contineant, ex tribus illis locis unum fragmentum eo modo quo proposui coniungendum esse haut improbabiliter mihi videor conicere. Ceterum res parum lucis inde accipit, quod G. Scribonium Curionem a. 71 ex Macedonia triumphavisse veri simile est (efr. quos Kritzius laudavit, Ellendt ad Cic. Brut. proll. p. 98. Zumpt ad Cic. Verr. p. 64). Cum autem Vulcanalia non solum Romae, set etiam Ostiae acta esse constet (Preller Mythol. Rom. p. 529), fortasse ibidem de Ostia intellegendum est.*

69 [Kr. 72. G. 32]. Quis in praesens modo satis cantum fuerat.

Arus. p. 242: *in praesens pro ad praesens (vid. 64, 19). Quis pro quos recte Lindem.*

70 [Kr. 73. G. 49]. Magnam exorsus orationem.

Arus. p. 229: *exorsus orationem.*

71 [Kr. 74. G. 63]. Inpotens et nimius animi est.

Arus. p. 240: *nimius illius.*

72 [Kr. 75. G. 62]. Anxius animi atque incertus.

Arus. p. 200: *anxius huius rei*.

73 [Kr. 76. G. 65]. Consili aeger.

Arus. p. 212: *aegeus illius*.

74 [Kr. 77. G. 81]. Fest. p. 239 ubi de ponte sublicio dixit, Sallusti locum ex libro quarto adtulit, set tristi casu paucae tantum eaeque inexplicabiles litterae supersuunt: ne inrumiendi p. . . — Verbum *inrumiendi* prorsus inauditum est, et cum relicua omnia perierint, omni emendandi conatu abstinendum. Atque ne illud quidem certum num Sallustius de ponte sublicio dixerit. Nam cum haec praeterea apud Festum servata sint: *sublicibus cavata* *essent*, et quae praecedunt mutila, de tabulis sublicis vocabulum usurpatum esse prodere videantur, hanc incondita Ursini suspicio est, Sallusti locum ob *sublicibus cavatis* ab Festo commemoratum fuisse.

Lib. V.

*1 [Kr. 1. G. IV 79]. Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.

Serv. ad Verg. G. IV 211 (itemque Philarg. ad eund. locum, ubi pro *regii nominis* corrupte legitur *religionis*) haec verba adtulit, quo Vergili sententiam: Aegyptios, Lydos, Parthos, Medos regum esse observantissimos confirmaret, in quo illud non premundum esse adparet, ut Sallustius de isdem prorsus gentibus dixisse credatur. Set cum Cass. Dio XXXV 9 cum aliis scriptoribus Mithridaten revorsum in Pontum lactissimis animis excerptum esse memorans, benivolentiam *ἐκ τῆς τοῦ ὁμοφύλου καὶ ἐκ τῆς πατρῶν βασιλείας* proditiisse doceat, paene certum videtur illa verba ab Sallustio in eadem re scripta fuisse. Hoc dubitari potest, utrum in V libri initio, an in IV fine eae res narratae fuerint, set illud veri similis.

*2 [Kr. 2. Gerl. inc. 48]. Luxo pede.

Prob. p. 133: *nam 'luxus' vacillans, 'huius luxu' facit. Salustius ablativo lusso pede*. Cum Mithridati proelio adversus M. Fabium Adrianum commisso lapide genu percussus esse constet (Appian. b. M. 88 p. 395, 1), quali vulnere omnis pes debilitatur ac solvitur, in ea re illa verba dicta fuisse paene certum videtur. Certe de eo vulnere, quo Mithridates in pugna ad Zelam commissa ab eenturione Romano adfectus est (Appian. b. M. 89 p. 395, 23: *ἐς τὸν μηρόν ἐπάταξε ἔλφει πλεγγὴν βαρεταν*. Momms. III p. 67 extr.) minus commode cogitari videtur.

3 [Kr. 1. G. 10]. Peractis septuaginta annis armatus equum insilire.

Arus. p. 243: *insillire illam rem*. Cum haec verba quin de Mithridate dicta fuerint dubitari prorsus non possit, occasione per proelium ad fr. 2 commemoratum oblata ab scriptore ea posita fuisse optime demonstravit Kritzius, usus pro argumento verbis Cassi Dionis de eadem pugna narrantis XXXV 9: *καὶ γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγωνῶς ἔμαχετο*.

4 [Kr. 7. G. 3]. Regem avorsabatur.

Arus. p. 216: *aversor illum*. Regem quem alium intellegamus nisi vel Mithridatem vel Tigranem?

*5 [Kr. 10. G. inc. 89]. Apud Plut. Luc. c. 33 p. 540 Sint. haec leguntur: *Σαλούστιος μὲν οὖν φησι χαλεπῶς διατεθῆναι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου πρὸς Κυζίκῳ καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῶ δύο χειμῶνας ἕξῃς ἐν χάρακι διαγαγεῖν ἀναγκασθέντας· ἡνίων δ' αὐτοὺς καὶ οἱ λοιποὶ χειμῶνες*. Cum boni rerum scriptoris sit causas eventorum non discernere, set uno quasi conspectu coniunctas et continuatas proponere, veri dissimillimum mihi quidem videtur, ab Sallustio, quibus causis dissenso in Luculli exercitu nata, deinde paulatim aucta, denique in seditionem exarscrit, pluribus locis expositum fuisse. Nec quod Plutarchus postea directa oratione pergit, ea res obstat, quo minus omnem illam expositionem ab Sallustio sumptam esse censeamus, id quod paene certum videtur esse, cum fragmenta inveniuntur, quae cum Plutarchi verbis conveniant. Quae si recte a me disputata sunt, neque cur cum Kritzio hunc locum quinti libri fuisse statuum obscurum erit, nec quibus causis quae secuntur fragmenta hoc loco posuerim.

*6 [Kr. IV 8. t. 1 78]. Imperi prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius.

Arus. p. 228: *Egregius haec. Sabust. Jugurth*. Imperii — cactera (*sic cod. Gu.*) egregius. Cum in libro de b. Jug. haec verba non inveniuntur, — ut paucis rem absolvam, grammaticus in errorem ductus videtur, cum ei obvorsaretur locus Jug. 82, 2: *vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati* — neque in Cat., restat ut ex Historiis hausta sint. Igitur cum de alio egregio viro in Historiis commemorato illud merito dici potuisse nesciamus, set L. Lucillum iu ea suspitione fuisse constat, non possumus non ad eum illa referre. Iam quamquam Plut. etiam c. 24 de illo obprobrio iu Lucillum coniecto dixit, tamen cum c. 33 *οἱ δημαγωγοὶ προφάσεις φθόνου τοῦ Λουκούλλον κατηγοροῦντες ὡς ὑπὸ φιλαρχίας καὶ φιλοπλουτίας ἔλκοντος τὸν πόλεμον* idem repetat, certe non verendum est, ut in severiorem vituperationem incurram, quod hoc loco illa verba posuerim.

*7 [Kr. 9. G. IV 47]. Qui uxori eius frater erat.

Arus. p. 231 *frater illi*. Cum cod. Gu. lib. IV, Ambr. lib. V exhibeat, sane dubitari licet, utrum de Appio Claudio (IV 48. 49) haec dicta

fuert. Set cum Plut. Luc. 31, Cass. Dio XXXV 14, quo P. Clodi milites advorsus Lucullum sollicitantis malitiam luculentius ostendant, eum sororem illius in matrimonio habuisse commemorent, veri similis videtur, Sallustium quoque eo loco illud non omisiisse.

S [Kr. 8. G. 4]. Ceteri negotia exequabantur familiaria legatorum aut tribunorum, [et] pars sua comitatibus, mercatis.

Non. p. 94: *Mercatis pro mercatibus. Sallustius Historiarum lib. V: ceteri — sequebantur — mercatis.* 'Agitur autem hoc fragmento de Valerianis imperio et disciplina militari exolntis et in urbe Nisibi per otium luxuriantibus, unde ea labes etiam ceterum exercitum iuvasit'. Kritzius. De exercitu diei tribunorum et legatorum mentio facta luce clarius ostendit, de exercitu Luculli ea res, quod de alio libro V narratum fuisse non constat. Neque ignoro in eo exercitu luxuriam atque ignaviam esse, in quo multi mercatores et campoues comitent (Iug. c. 44 et 45), set in verbis ab Nonio memoriae proditis quod de militibus cogitari iubeat, fateor me nihil reperire. Nec magis *negotia sequi* ferri potest quam III 73 *munia sequi*. Adparet autem genus hominum in duas partes dividi (unde et ante *pars* omittendum esse elucet), alteram eorum, qui aliorum negotia curaverint, alteram eorum, qui sua egerint. Iam qui sua negotia comitatibus mercatibusque agunt, nonne divitias suas augere student? Quae ergo familiaria legatorum aut tribunorum negotia erunt? Nempe rei pecuniariae, de quali genere *negotia* sollemniter dictum esse constat (cfr. Ernesti clav. Cic. s. v. *negotiator*. Sall. Cat. 40, 2). Qua re mihi quidem verba illa de equitibus Romanis castra prosequentibus dicta videntur fuisse. Recte ei commemorari potuere in auctoribus invidiae, in quam Lucullus Romae adactus orat, eum illi eos iratos fuisse, quippe quod eorum crudelem avaritiam coereuisset (cfr. Drum. IV p. 140), constet simulque multa de rerum in Asia conditione Romanum scripsisse ex Cic. or. de imp. Gn. Pomp. 2, 4: *Equitibus Romanis — adferuntur ex Asia cotidie litterae* cet. adpareat.

*9 [Kr. 11. G. inc. 76]. Cum Schol. Gronov. ad Cic. pr. leg. Man. 10, 28 p. 441 ed. Or. haec scripserit: *Cupierunt] Ut dicit Sallustius, Lucullus pecuniam Quintio dedit, ne illi succederetur*, ea verba Sallusti fuisse nego his argumentis usus: Primum constat hunc rumorem Romae increbuisse, Lucullum L. Quinctio praetori pecuniam pollicitum, si quo minus imperium sibi abrogaretur prohiberet (Monms. III p. 103 med.), illum vero in consilio perstis-
 sisse eiusque polissimum studio atque opera rogationem perlata esse Plut. testatur Luc. 33 extr. *Τοῦτο γὰρ εἰπεῖν φασιν εἶνα τῶν στρατηγῶν Λεύκιον Κόλντιον* (scrib. *Κόλντιον*), *ὅψ' οὐ μάλιστα πεισθέντες ἐψηφίσαντο διαδόχους πέμπειν τῷ Λουκούλλῳ τῆς ἐπαρχίας*. Igitur nisi Sallustium leviter aut false rem narravisse opineris, nihil ab eo scriptum fuisse credere possumus, nisi Lucullum pecuniam pollicitum esse, set illum reie-
 cisse. Deinde Sallustius certe non *illi* scripsisset, set ut latini sermonis leges postulabant, *sibi*; quae res ipsa documento videtur esse extrema verba ab Sallustio scripta fuisse certe alio connexu,

quam quo ab scholiasta posita sunt. Libro V denique illud commemoratum fuisse, ex reliquis huius libri fragmentis adparet. Cfr. ad III 36.

10 [Kr. 14. G. 2]. Legiones Valerianae conperto lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam, sese missos esse.

Prisc. XVIII p. 225 eandem ob causam, atque fr. II, adtulit. *Sese*, pro quo apud eum esse scriptum, conrigendum esse Donza intellexit. Cum Lucullus milites adversus Tigranis copias educere vellet, Fimbriani illum suum ducem esse negantes oboedientiam recusavere (Drum. IV p. 157. Momms. III p. 68). Si Sallustius eo ordine res enarravit, quo factae erant, hoc fragm. ante II et 12 ponendum esse adparet.

11 [Kr. 12. G. 1]. At Lucullus audito Q. Marcium Regem pro consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.

Prisc. XVIII p. 225, quo *audito*, *cognito* simil. exemplis illustraret. Res perspicua est; cfr. Drum. IV p. 158. Momms. III p. 68.

12 [Kr. 13. G. 11]. Set ubi ille militum voluntatem causatus.

Arus. p. 244: *causatus hanc rem*. Quin ad eundem illum Q. Marcium Regem, de quo fr. II narratum est, pertinuerit, dubium non est. Cfr. Cass. Di. XXXV 17.

13 [Kr. 16. G. 8]. Quibus de causis Sullam in victoria dictatorem uni sibi descendere equo, adsurgere sella, caput aperire solitum.

Non. p. 164: *apertum, nudatum*. — — Sallustius *Historiae lib. V*: quibus d. c. 8. in victoria dictatorem uni sibi d. equo, surgere de sella, caput a. s. Id. p. 270: *surgere, erigi*. Sallustius *Historiarum lib. V*: sella surgere, caput aperire solitum. Serv. ad Verg. A. I 107: *Aperit; ostendit. Et Sallustius caput aperiri solitus, t. e. nudare, ostendere*. Id. ad A. III 206: *Aperire; ostendere; ut Sallustius caput aperire solitus*. Arus. p. 214: *Adsurgit illi*. — — Sallust. *Hist. V*: Sullam dictatorem uni sibi descendere equo, adsurgere sella, caput aperire solitum. Verba in *victoria* Kritzius, quod apud Arusianum ommissa, perverso loco posita essent, denique absurdam sententiam continerent, viciniam censuit. At primum cum Arus. locum ob adsurgendi verbum attulerit, omissioni non tantum tribuendum esse adparet; deinde minime inepta est sententia, cum quidem victoria summae sit felicitatis, quo quis autem fellei sibi videatur, eo plus honoris sibi postulare, eo minus aliis tribuere solent; postremo recte ἀσυνδίτως adiungitur *dictatorem*, victorinae, maxumae felicitati, summa in re publica dignitas ac potestas. Tum Noni lemma obstat Arusiani fidei atque auctoritati, set cum Nonium eo loco, ubi verba Sallusti ob aliam causam laudavit, in reliquis minus diligentem fuisse omnique errorem in alium locum translatum esse non mirum videatur, plus tribuendum est Arusiano eoque magis, quod *adsurgere* proprietatis illius vocabulorum est, cuius Sallustium retinentissimum et observantissimum fuisse constat. Sullam eos honores Pompeio habuisse, testimoniis scriptorum demonstrare non est huius loci, set illud potius quaerendum, qua occasione oblata S. cum illa dixisse rettulerit. Plerique igitur viri docti sic censere: verba esse ex oratione illa, quam ad populum habuit, cum belli maritimi imperium se recusare simularet; quod multum abest, ut prorsus reiiciendum censeam, set haut sine dubitatione contendi

posse arbitror. Primum enim, quauquam certissimum est Sallustium eius orationis mentionem fecisse, tamen longioream eum expositionem oratione obliqua relaturum, non ipsam orationem compositurum fuisse, si quid ex reliquis eius scriptis conici licet, credibile non est, longioream autem eam expositionem fuisse statimans accessit est, si quidem ex verbis illis Pompeium omnis sibi habitos honores cauerasse concludendum videtur. Peiudo eum simulata modestia, tamen ita ut rei a se gestas referret, Gu. Pompeium ad populum dixisse certum sit (Momms. III p. 102, Drum. IV p. 405), ineptum fuit de honoribus, quibus adfectus esset, magnifice loqui, nec quidquam pervorsius, quam si populum eorum admonuisset, quae Sullae causa fecisset. Scilicet tum populi partes se defendere simulabat. Certe multo melius quam Sallustius muere suo functus esse iudicandus foret Cass. Dio XXXVI 8 et 9 fieta oratione Pompeium ea loquentem faciens, quibus et labores ac pericula in memoriam revocaretur et cupiditas otii ac requies aptissimo simularetur. Denique aonae veri simile est, Sallustium tum eum de calumniis et dolis Pompei, ut sibi maius quam ulli veterum imperium militare traderetur, exponeret, de eius iageio ac moribus tam libere dixisse, ut in illius amicorum suum odium veiret? An igitur incredibile est ibi enim, quibus rebus Pompeius se iactare ac gloriari solitus esset, dixisse?

14 [Kr. 17. G. 5]. Saep̄e celebritatem nominis intellego timentem.

Prisc. XVIII p. 225: *Participulorum autem accusatini frequenter pro infinitis verbis ponuntur, ut Sallustius in V: spe celebritate aominis intellego timentem, pro 'timere'*. Emendatio, quam exhibui, eo minus reicienda est, ena optunam contineat sententiam. De quo enia illa verba dicta videntur esse et a quo? Cassimu Dionem, qui de rebus ab Gabiatio actis tam copiose narrat, uade hausisse credibile est, nisi ex Sallusti historiis? et ut id neges, tanea certissimum est hanc quoque in eis rebus exponendis nultum fuisse. Quamquam igitur an fr. 13 ex Pompei oratione sumptum esset, ne dubitare dixi, tamen nullo modo negandum puto Gabini orationem ab S. perscriptam fuisse. Qui apud Dionem XXXVI 12 Pompeio, qui c. 9 invidiam se timere dixerat, his verbis respondet: *μηδὲ ὄτι τινὲς φθοροῦσι φοβηθῆς. ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον σπουδάσασον, ὥστε πρὸς τε τῆν παρὰ τῶν πλειόνων φιλίαν καὶ πρὸς τὰ κοινῆ πᾶσιν ἡμῖν συμφέροντα, καὶ τῶν βασκαϊνόντων σε καταφρόνει.* Quid igitur? ineptuatae fuit Gabinium ad populum dicentem facere? Gu. Pompeium celebritatem nominis timere, quod inde ne sibi invidia uasceretur vereretur?

15 [Kr. 18. G. 6]. Video indigentem dona quaesiturum properantem.

Prisc. XVIII p. 226 eandem ob eausam ac fr. 14 interpositis post *quaesiturum*: [τὸ προέξτειν]. Quae verba quamquam non nihil suspitionis habent, tamen vix alio modo quam quo exhibuit Hertz., constitui poterunt; eorte *gratiae*, quod Krehlius post *quaesiturum* scripsit quodque ita explicat ut *dona gratiae* sint populi romaui beneficia, ex glossenatae graece autem est. *Indigentem* utrum significet egenos (Cic. Lael. 8, 27: *Quapropter a natura mihi videtur potius quam ab indigentia orta amicitia*) an lubidine inexplibili agitato (Cic. Tuc. IV 9, 21) parum refert, cum atriq̄ue pari modo dona quaerant. Quod si talis est sententia, ut vituperentur, qui pecuniae avidi se eonrumpl non modo patiantur, set student, fieri non potest, ut illa verba in oratione Catulli (vid. Cass. Dio XXXVI 14 sqq.) fuisse opinemur. Iacpte enim is, qui pro senatus au-

etoritate adversus populum steterit, corruptionis mentionem inieciisset, cum verendum esset, ne populus illos ipsos, qui optumatum partes sequerentur, tam pravus rationibus uti clamaret (vid. fr. 9). Rectius mihi quidem illa verba videntur haberi A. Gabini, adversarios suos (L. Trebellium intellege et L. Roscium Othonem) perstringentis.

16 [Kr. 20. G. 7]. Nam si in Pompeio quid humani evenisset.

Arus. p. 228: *evenit in illo*. Cum Catulum constet talem sententiam in cutione, qua de Gn. Pompei imperio actuat est, dixisse (Drum. IV p. 404. Momms. III p. 103), quo referenda sint verba dubium non est.

Incertorum librorum.

1 [Kr. 15. G. 14]. Nos in tanta doctissimorum hominum copia.

Serv. ad Verg. A. II 80 sec. Lion. *Et nos; pluralis numerus pro singulari ad evitandam iactantiam, ut Sallustius; nos in tanta doctissimorum copia, sec. cod. Cass. (Bergk part. II p. 31) Nos; pluralem pro singulari, ut Sallustius; nos in tanta doctissimorum copia. Id. ad A. IV 213: Nostra; pro mea; est autem nobilitas hie sermo. Sic — Sallustius: Nos in tanta doctissimorum hominum copia. Omnes editores Carrionem secuti haec verba in prooemio lib. I fuisse arbitrati sunt, ubi Sall. recensitis prioribus rerum scriptoribus (fr. 1 2—4) ad ea exponenda transierit, quae ipse in rebus scribundis secutus sit. Sed unde tandem constat, Sallustium populo romano maximam copiam doctissimorum scriptorum adtribuisse, qui Cat. 8, 5 illi nunquam eam copiam fuisse ostenderit? Et nonne haec verba apte dici potuere, ubi de re ex prisca antiquitate repetita, recensitis aliorum narrationibus aut se iudicium continere aut quid potissimum sequendum putasset, diceret?*

2 [Kr. 16. G. 1 24]. Atque omnis Italia animis discedit.

Schol. ad Luc. Phars. III 632 cum haec verba ita ut scripsi, set ad VI 348 *discessit animis* rettulerit, utram formam verliorem iudices parum ad rem referre adparet. Gerlachius, qui antea parum commode ea verba ad Lepidanum tumultum rettulerat, nunc in ed. noviss. de bello, quod post Sullae reditum in Italia exarsit, dicta videtur arbitrari. Set cum nihil aliud verba significare possint, nisi: per omnem Italiam summam dissensionem ortam esse, minus recte de bello, in quod dissensio exarsit, dici videntur potuisse. At aptissime referentur cum Link, de Sall. bist. prooem. p. 58 et Kritzio ad dissensionem illam, quae antea iam gliseens, per rogationem Fulviam a. 125 aucta (Val. Max. IX 5, I. App. b. c. 1 21 p. 458), omulium non solum Romanorum set etiam Italicorum animos exagitavit, dum funestum illud bellum sociale sive Marsicum ortum est, praesertim cum in ipso co hello haut paucos sociorum Romae fidem summam praestituisse constet (Momms. II p. 218). Set utique id in incerto relinquendum, cum quamquam causas belli socialis ab Sallustio breviter expositas fuisse negari non potest, tamen nec qua ratione in ea re voratus sit, nec quo nexu illa ipsa verba fuerint sciamus. Quid enim impedit, quo minus praecessisse *urbs Roma* et de agitatione verba dicta fuisse statuamus, quae Gabinia rogatione excitata est? quam per omnem Italiam animos commovisse credibile est.

3 [Kr. I 24. G. I 47]. Et Metello procul agente longa spes auxiliorum.

Serv. ad Verg. A. XI 541: *Iuga longa; i. e. longe posita, remotiora. Sallustius: Et Metello — auxiliorum, i. e. longe posita.*

4 [Kr. I 25. G. I 18]. Bellum quibus posset conditionibus desineret.

Serv. ad Verg. Ecl. V 19: *Desine; omitte, ut 'desine Maenalis'. Sallustius: bellum — desineret.*

Haec duo fragmenta Livkerus de prooem. p. 61 et Kritzius rettulerunt ad bellum civile vel Octavianum (Fisch. tab. p. 170) ab Cinna et Mario a. 87 commotum, usi his testimoniis: App. b. c. I 68 p. 493: *οἱ δὲ ἔπατοι δεδιότες, καὶ στρατιάς ἄλλης δεόμενοι, Σύλλαν μὲν οὐκ εἶχον καλεῖν ἐς τὴν Ἀσίαν ἤδη πεπερακότα, Καικίλιον δὲ Μιτέλλον τὰ λείψανα τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου πρὸς Σαννίτας διατιθέμενον ἐκίλευον, ὅπη δύνανται εὐπερκῶς διαλυσάμενον, ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι πολιορκουμένην· οὐ συμβαίνοντος δὲ Σαννίταις ἐς ἃ ἦτον τοῦ Μιτέλλον, ὁ Μάριος ἀσθόμενος συνέθετο τοῖς Σαννίταις ἐπὶ πάσιν οἷς ἦτον παρὰ τοῦ Μιτέλλον. ὡδὲ μὲν δὴ καὶ Σαννίταις Μαρῶν συνεμάχον. Cass. Dio fr. 100: οἱ Ῥωμαῖοι στασιασάντες πρὸς ἀλλήλους τὸν Μιτέλλον μετεπέμψαντο κελύσαντες αὐτὸ πρὸς τοὺς Σαννίτας, ὡπως ποτ' ἂν δύνηται, συμβῆναι. οὗτοι γὰρ ἔτι τότε μόνοι τὴν Καμπανίαν καὶ τῆς ἐπέκεινα αὐτῆς ἐκακοῦρον· ὁ δὲ τούτοις οὐκ ἐπέπειστο. τὴν τε γὰρ πολιτείαν ἤξιον οὐχ ἔαρτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἠτόμοι καὶ πρὸς σφῶν δοθῆναι· καὶ οὐτε τι τῆς λείας, ἣν εἶχον, ἀποδοθῆναι ἠθέλον καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τοὺς τε ἀντομόλους σφῶν πάντας ἀπῆρτον· ὥστε μηδὲ τοὺς βολεντάς τὴν εἰρήνην ἔτι τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τούτοις ἐλίσθαι. fr. 172: Οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐμφυλίον πόλεμον ἐνεστηκότος τὸν Μιτέλλον μετεπέμψαντο κελύσαντες βοθηεῖν. Quae virorum doctissimorum sententia quamquam magnam veri speciem habet, tamen non nihil ei ob stare videtur. Nam primum quidem quo inre Q. Metellus Pius procul ab urbe agoro dici potuit, cum in Campania adversus Samnites castra haberet? Res ipsa docet cum non procul fuisse, cum postquam cum Samnitibus pax non convenit, satis oportuno tempore Romam eum parte exercitus pervenerit (Drum. II p. 58-l. Momms. II p. 297). Sed cum idem Q. Metellus Pius in Hispania bellum administraret ac multum per tempus res ab Sertorio ita gereretur, ut separatis hostium copias decero studeret, fieri potuit, ut Metello procul agente longa auxiliorum spes esset. Quae cum ita sint, de fr. 3 certe mihi res in incerto videtur relinquenda. Sed alterum fragm. ita cum Appiani et Cassi Dionis verbis convenit, ut quin de eadem re dictum fuerit, non dubitem, eoque minus cum nullam rem inter cas, quae historiis Sall. enarratae fuerit, inveniam, ad quam apte referri possint. Tamen aegre aliquid desidero, eὐπερκῶς illud quod apud Appianum adiectum est, praesertim cum constet, senatum Metello non ita liberam potestatem permisisse, set omnibus sociis Italicis lego Plautia Papiria civitatem Romanam dedisse (Momms. I. c. p. 296 not.) ipsumque Metellum eis, quas Samnites postulabant, conditionibus pacem recensavisse. Quod si *honeste* post quibus excidisse statueris, sententiae illi non repugnabo.*

5 [Kr. I 41. G. II 18]. Pro poena tam paucis proscriptis *vin-dicta* vera est existimanda.

Serv. ad Verg. A. XII 691 post fr. I 111 perguit: *Idem: per pon-satam paucis pro pectus vera est aestimanda, ut Lion exhibuit; set alii libri prospectus, al. prospectis, Putsch. profectus. Qui Perpenna nomina-*

tivum in verbis corruptissimis latere teneant, profecto facere non poterant quin grammaticum verba, quae corrupta invenisset, pervorse adtulisse statuunt, atque audaciore coniectura locum emendandum censeant, id quod mihi ipsi olim adiecit Olss. p. 28, ubi conieci *Perpenna cum paucis profectus via ex aestu arida*. Sed eam vim prorsus nunc deserendam arbitror atque ex ipsis Servii verbis non quid verum, sed quid veri simile sit eruendum. Illud igitur certum videtur dictum fuisse de actione, quae pro honesto ne probabili habendam videretur, et eam in *pro pectus*, *prospectus*, *prospectis* facile intellegatur Intere *proscriptis*, de nitione vel poena Sallustium scripsisse haut improbabiler plerique censuere, ut Wagnerus Act. gym. IX p. 195 coniecit: *poena tam paucis proscriptis vera* (vel *profecta vera*) *est aestumanda*, Mihly Nov. Ann. LXXVII p. 78: *Perpennae poena* rescribendum indienvit. Ac Perpennae quidem supplicium iustum profecto a quovis bono habendum fuit (Drum. IV p. 375 sq.), sed quo modo, si de eo dictum putaverimus, relicta verba in formam convenientem redigi possint, ego equidem non perspleo. Wagneri autem suspicioni primum illud obstat, quod de Sullae proscriptionibus illud recte dici non potuit, verba autem Sallusti non Sullae, quem vix loquentem usquam fecit scriptor, esse ndparet, tum quod praeposita illa syllaba prorsus abiecitur ne negligitur. Excidisse vocabulum sensit prius Burette (Gerl. praef. p. XXXIII), sed quid verba illa: *Perpenna tam paucis profectus*, *prospertitas vera est aestumanda* significent, me conoquere non posse libere fateor. Omnia igitur circumspicens poenam samptam aliam honestam paucosque tantum proscriptos esse dici non potuisse inveni, nisi de Sulla, qui eum primum urbem cepisset, duodecim adversarios proscriptis, summa moderatione usus (Drum. II p. 438. Momms. II p. 249), nd eamque sententiam verba emendare conatus sum, sed haec incertissima esse ipse persentens fragmentum ad incerta reicere, quam primo libro adsignare malui.

6 [Kr. I 43. G. I 28]. Prob. p. 120: *'Bis' tertiae sunt declinationis, nam 'bis' faciunt genetivo, 'hic Anubis' vel Ucurbis, 'hucus Anubis' vel Ucurbis, nomen civitatis lectum in Sallustio*. Cum *Ucurbis* cod. scriptura sit, veri simillimum est, idem oppidum, quod in b. Hisp. c. 7 *Ucubis* nominatur (Mannert. I p. 313), ab Sallustio in belli Sertoriani narratione commemoratum fuisse. Nam *Curubis* (ita enim Asc. et Putsch. scripsere), quod est oppidum Zeugitanae (Mannert. X 2 p. 249), commemorari non potuit, nisi in bello ab Pompeio in Africa gesto (vid. fr. I 39), de quo copiose Sallustum exposuisse credibile non est.

7 [Kr. I. 67 G. I 108]. Victorinus ad Cic. Rhet. p. 5 ed. Orelli postquam fr. I S protulit sic pergit: *Quaeritur autem utrum in bellis aliquid possit eloquentia. Potest enim sine dubio et tantum quantum virtus potest. Nam virtute bella finiuntur. Ideo ergo ait [nempe Cicero] 'Plurima bella restincta'. Iam illud notum est, quod bella ardere dicuntur, ut ait ardebat omnis Hispania citerior. Item quis tanti incendia belli [locus est Verg. A. I 566]. Ex quibus adeo illud in incerto relinquendum est, num verba *ardebat omnis Hispania citerior* Sallusti fuerint.*

8 [Kr. I 78. G. V 12]. Serv. ad Verg. Aen. VIII 725: *Carae insulani populi fuerunt piratica famosi victi a Minoë, ut et Thucydides et Sallustius dicunt*. Si Sallustius illud ab Thuc. I 4 sumpserat, suspicari possumus eum illius rei ubi principia belli adversus praedones maritimos gesti enarravit mentionem fecisse, ut Kritzio placuit, nec minus vero, ubi de insulae Cretae antiquitate rettulit.

9 [Kr. I 109. G. I 119]. Rumore primo. ●

Charis. p. 216: Rumore primo *Sallustius historiarum * ubi Asper 'non est' inquit 'nomen aed adverbium'*. I Putschius adiecit omni fide carens.

10 [Kr. II 39. G. II 29]. Fessus in Pamphylia se receperat.

Serv. ad Verg. A. VIII 232: *fessus —; egeus conditii. Sallustius: Fessus — receperat. Nam corpore fatigatum dicimus, animo fessum, quoniam hoc saepe confundat auctoritas*. De piratarum duce dieta fuisse credibile est; nec prorsus improbabile id in bello ab P. Servilio (fr. II 31 et 32) factum esse, set eum neque quis ille dux fuerit constet, et paene omnibus libris de piratis narratum fuerit, rem utique in incerto relinquere praestat.

11 [Kr. II 16. G. II 19]. Narbone per concilium Gallorum.

Cledon. p. 1876 P. Haut improbabiliter ad res ab Pompeio ante quam in Hispaniam transiit in Gallia gestas referuntur.

12 [Kr. II 42. G. IV 11]. Primam modo Iapudiam ingressus.

Serv. ad Verg. G. III 475: *Iapudiam est pars Venetiae dicta ab Iapido oppido. Sallustius: primam — ingressus*. Iapudes (sic enim scribendum ex fastis triumphalibus) constat circa Albium montem habitasse inter Liburnos et Istros ad mare Adriaticum (Strabo IV 276 et 284. VII 432. Liv. XLV 5), atque adversus eos pugnantem a. 129 G. Sempronium Tuditanum primo male rem gessisse, set tum virtute D. Iuni Bruti eadem acceptam emendavisse (Fisch. tab. p. 143). Si quem eorum, qui Macedoniae praefuerunt per ea tempora de quibus Sallustius Historiis narravit, cum exercitu Iapudiam ingressum esse censeas, de nullo alio cogitari licet, nisi de G. Scribonio Curione (fr. II 33. III 7. 8. 9, quavis eum magis septentriones versus quam ad Occidentem expeditionem fecisse, quae tradita sunt, ostendant; efr. Momms. III p. 35), ut tum incertum sit utrum in secundo an tertio libro verba illa fuerint. Quamquam eum de Danubio et regionibus adiacentibus Sallustius copiosius exposuisse videatur, in ea parte de Iapudiam superioribusque rebus in ea regione gestis eum dixisse non ab omni specie veri abhorret. Cfr. fr. inc. 72.

13 [Kr. II 43. G. inc. 56]. Proh. p. 120: *Lectum est Stobos in Sallustio, numero semper plurali, 'hi Stobi', nomen civitatis*. Stobos, Macedoniae oppidum ad fines Paeoniae (Strah. VII 454 fr. 4; VIII 551), conpluribus locis commemorari potuisse, cum de rebus in Macedonia gestis quattuor prioribus libris enarratum fuerit, nemo negabit.

14 [Kr. III 12. G. IV 54]. Serv. ad Verg. A. II 476: *curribus falcatis usos esse maiores et Livius et Sallustius docent*. Schol. ad Stat. Theb. X 544: *Hoc genus armorum etiam Sallustius describit*. Num Sallustius id curruum genus in Mithridatis adparatu bellico descripserit, ut Kritz secundum Plut. Luc. 7 censuit, in incerto relinquendum, illud certum non potuisse commemorari nisi in bello Mithridatico.

●5 [Kr. III 13. G. inc. 7]. Seruum bellum in angustiis futurum.

Serv. ad Verg. A. V 524: *sera; gravia. Sallustius: seruum bellum in angustiis futurum, i. e. grave*. Id. ad VI 569: *distulit in seram; gravem, ut seruum bellum in angustiis futurum, et ad XII 864: seruum eant; triste diuturnum; ut — Sallustius: seruum bellum in angustiis futurum*. Philarg. ad Verg. Ge. IV 141: *et serus hic vetulus et magnus. Sallustius in XII [G. duo] seruum bellum in angustiis fore, pro magnam*. Sententiam verborum hanc esse adparet: cum res in angustiis sit (Caes. b. c. I 54, 1), tum bellum seruum i. e. oportuno tempore transmissio gestum iri. Unde enim, quod et apud Gerl. et apud Kritzium adiectum est, fluxerit, ignoro. Si ap. Philargyrium XII ex III natum esse certum foret, — quid enim obstat quominus II probemus, aut VII, i. e. lib. Hist. V —, probanda esset Kritzii suspitio, haec dicta fuisse in admonitione L. Lucullii, ut ad auxilium Cottae ferendum properaret; ut nunc est res in incerto relinquenda.

16 [Kr. III 18. G. IV 61]. Atque edita undique tribus tamen cum muris et turribus.

Donat. ad Ter. Andr. I 1, 67: *ἀνακόλουθον eo quod non praemisso 'heet' vel 'quamquam' subiecit 'tamen'*. Sallustius: atque — turribus. Cur cum Kritzio haec verba ad munitiones potius ad Cyzicum adversus Mithridatem extructas, quam cum Gerlachio ad Tigranocertam referamus nulla causa, nisi quod utrumque incertum. Veri similis autem est de arbe quadam munitissima intellegendam esse, cum oppida Orientis maxime complures muros habuisse constet, ut Nisibim duplici firmatam fuisse memoriae proditum est (Drum. IV p. 153).

17 [Kr. III 19 G. inc. 34]. Quem trans stagnum omnis usque ad flumen.

Haec verba ob usque adtulit Philarg. ad Verg. Ge. IV 293. Num ex stagni commemoratione satis certo cum Kritzio concludi liceat, verba de rebus ad Cyzicum gestis dicta fuisse, ego equidem cum Gerlachio iudicium contineo.

18 [Kr. III 57. G. III 27]. Germani cetera intectum renonibus corpus tegunt.

Isidor. Or. XIX 23, 4 p. 602: *Renones sunt velamina umerorum et pectoris usque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida ut tumbrem respiciant, quos vulgo reptos vocant eo quod longitudo villorum quasi reptat, de quibus Sallustius: Germani intectum renonibus corpus tegunt*. — Eodem loco Historiarum scripta fuisse adparet haec verba:

19 [Kr. II 58. G. II 28]. Vestes de pellibus renones vocantur.

Serv. ad Verg. Ge. III 383: *Pecudum furbis velantur corpora setis; renonibus. Nam ut Sallustius dicit in historiis; vestes — vocantur*.

Difficillimum est ubi Sallustius de Germanis dixerit suspicari. Haud prorsus improbabilis vulgaris sententia est, cum, cum in libro III de Darnubio dixisse constet, quoniam ad eum fluvium multi Germanorum populi habitabant, vel data occasione longius exspatiatum esse vel de populis in Moesia incolentibus, qui Germani a veteribus habiti suat, disputasse. Set plures inspiciones suat, quarum nullam prorsus reicere possis. Potuit de Germanis confusibus, ubi de Scythiis dixit, exponere (fr. III 49), potuit cum de Spartaci consilio fugitivorum traus Alpium perducendorum mentionem fecit, vel ubi Mithridatis socios Bastarnas (App. b. M. 69) commemoravit. Quibus ego novam adiungo. Circa a. 71 scimus Ariovistum in Galliam transiisse (Momms. III p. 224). Cum igitur Romanos ad res in Gallia gestas semper adtentissimos fuisse constet, nonne fieri potuit, ut de illius adventu in scauto litterae recitarentur eaque rem Sallustius non omitteret, set ea interetur ad mores Germanorum describendos. Nam copiosius eua de illis nurravisse, quae memoriae prodita sunt, inculenter ostendere videntur. Unde scita est atque acuta Kritzi suspitio Vergilium quae Ge. III 376 — 383 de Germanis scripsit omnia ab eo sumpsisse. Quamquam cum id adeo Taciti quodam verborum consensu confirmare studuit, longius progressus videtur, cum ille non maior sit, quam rerum natura postulet. Nec quidquam obstat quo minus utrumque et Sallustium et Vergilium ex eodem fonte, Caesaris commentariis eiusque militum narrationibus, hausisse statuamus. Ceterum incredibile est, Sallustium nihil dixisse nisi quid renonis vocabulum significaret, cum Caesar b. g. VI 21, 5 eo ut in vulgus noto usus sit. Quod si tales essent eae vestes descripsit, via munitur ad alterum fragoraatum emendandum. Nam *intectum*, in quo iam Colerus offendit, eua Kritzi ita explicari, ut nudum, nullo alio vestimento indutum, corpus renonibus textisse Germani dicantur, eua airum loquendi genus vetat, tum quae de illo vestitu tradidit Caesar b. g. IV 1, 10. VI 21, 5. Tac. Germ. 17, quem locum secutus *cetera* addidi.

20 [Kr. III 66. G. inc. 12]. Ibi triennio frustra trito.

Serv. ad Verg. A. IV 271: *teris; per negligentiam tempus consuntis [et est verbum ad ignaviam positum]. Sallustius: ibi triennio frustra trito.* Kritzi haec verba ad M. Antonium (fr. III 54) pertinuisse censuit, ibi ad verbum omissum velut *obit* relatam fuisse ratus. Set neque id ex Servi verbis veri simile — quid enim retulisset id adiungere, nisi ad *trito* pertineret? — et vix credibile Sallustium res ab Antonio pessume gestas (Drum. I p. 63. Momms. III p. 69 sq.) tum leniter vituperaturum fuisse. Qua re eum neminem reperiam, de quo illa recte dicta fuerint, in incertis relinquere satius habeo.

21 [Kr. III 67. G. inc. 42]. Sin vis obsistat, ferro quam fauce acquius perituros.

Serv. ad Verg. A. III 265: *Casus autem, i. e. periculum, nihil est enim fame gravius, quod ait postea: obscaenamque famem, quae prima pericula vitto.* Sallustius: sin vis — perituros. Cum verba aperte sint eius, qui obsesis andaciorem modum evadendi suadeat, haut improbabilis Kritzi suspitio est, verba fuisse Spartaci, fugitivos in Vesuvio clausos cohortantis, malim, ut perrumpant Crassi munitiones suadentis. Set certe etiam in aliis rebus (cogita: Calaguris obsessione, fr. III 5) dici potuere.

22 [Kr. III 68. G. III 73]. Exuant armis equisque.

Serv. ad Verg. A. XI 80: *Ati "equos et tela quibus spoliaverat hostem", ad Pallantem vocant tantum pertinere, quia in antiquis disciplinis relatum est: quae quisque virtute ornamenta consecutus esset, ut ea mortuum condecorarent.* Sallustius: exuant armis equisque. Verba vix aliter in-

tellegi possunt, quam ut ducem aliquem militibus imperasse statuamus, captis hostibus arma et equos adimerent, id quod fortasse eo spectavit, ut vitae parcerent. Spartaneum cum ducem fuisse, uti Kritzius censuit, veri simile non est.

23 [Kr. III 70. G. 57]. Quae eis paucos dies cuncta in armis foret.

Praepositionis *eis* exemplum adtulit Cledon, p. 1033 P., set ibi legitur *inuncta*. A quo sunt, id quod et Gerl. et Kr. scripsere, inventum sit nescio. Quod si *foret* librorum scriptura est, per se concedit suspitio his verbis expressum fuisse spem fugitivorum servos mox armatos ad se necesseuros esse. Tum recipiendum est, quod ipse Kritzius coniecit *cuncta*. Dicitur fortasse de metu L. Luculli, ne ab tergo mox omnis Pontus ab Mithridate reverso in arma coactus foret.

* 24 [Kr. III 71. G. IV 45]. Dum paulatim suis in vicem subveniunt, omnes in proelium coacti sunt.

Serv. ad Verg. A. XII 282: *Sic omnes amor unus habet decernere ferro*, haec dicit: *sic, i. e. dum paulatim suis invicem subveniunt, omnes in bellum coacti sunt. Sic Sallustius*. Dubitandum igitur est, utrum verba illa grammatici sint atque Sallusti locus exciderit, an ille — qua consuetudine alias non utitur — Vergilianorum interpretationem verbis Sallustianis proposuerit. Ad rem, qualis apud Vergilium descripta est, aptissima sunt, neque si Sallusti fuere aliter intellegi possunt, quam de populis duobus, qui cum singuli pugnare inter se coepissent, in vicem suis subvenientes paulatim omnes bellum aut renovare aut incipere coacti sunt, id quod de Spartaeico tumultu diei non potuisse res ipsa Kritzium docebit. Quod si cum Gerlachio ad pugnam quamdam referantur, necessario pro *bellum* scribendum est *proelium*, nec vero tum ad proelium apud Cabira factum verba pertinuisse putanda sunt, quoniam res obstat (vid. ad fr. IV 44 et 45), set ad talem pugnam, qualis inter Sertorium et Rosianos ad Saguntum commissa est (Drum. IV p. 368, Plat. Sert. c. 21: *ἡπαρχίαθη συμβαλὴν αὐτοῖς καταβαίνουσαν ἐφ' ἀπαρχὴν καὶ αὐτολογίαν*). Res utique in incerto relinquenda, quamquam magis ad eam sententiam inclino, ut verba illa Sallusti esse negem.

25 [Kr. III 72. G. inc. 36]. Simul iumanis hominum vis multus locis invasere patens tum et pacis modo effusas *urbis*.

Serv. ad Verg. A. I 290: *Nomnulli saepe 'patent' pacatae sint accipiunt, ut Sallustius: simul — effusas. Hic enim habitus pacis*. Vix aliud ad explicandum membrum aptius reperies, quam quod Kritzius adiecit *urbis*. Haec de servis, qui fractis vinculis ergastulorum undique in Italiae urbes nihil hostile timentis iuruere, dici potuisse eidem viro docto adseveranti non negaverim, tamen cum *pacis modo* et ipsa Servi interpretatio prodant, de regione sermonem fuisse, quae pacem habere crederetur, queri licet, annon de Ponti urbibus cogitandum sit, subito regresso Mithridate per incolas laetissime eius arma sequentis impugnat.

26 [Kr. III 74. G. I 131]. Apertae portae, repleta arva cultoribus.

Serv. ad Verg. Aen. II 27: *Panduntur portae: signum pacis est: ut Sallustius apertae — cultoribus*. In simili re atque praegressum fr. dictum fuisse certissimum; set ubi?

27 [Kr. III 73. G. I 76]. Qui nullo certo exilio vagabantur.

Serv. ad Verg. A. I 2. De eis, qui patria ciecti certum domicilium non habebant, dici apertissimum; talia se cum fugitivis coniunxisse incredibile, ad Sertorium accessisse veri simile; at etiam piratarum copiae per talis auctae sunt (Drum. IV p. 395). Qua re hant prorsus incepta videtur suspitio, hoc fr. cum II 94 coniungendum esse.

28 [Kr. IV 25. G. I 68]. Festinantibus in summa inopia patribus.

Donat. ad Ter. Eun. III 4, 8: *Quid festinas? Propernas, turbaris et trepidas? Sallustius*: fest. — patribus. Kritzius haec verba ad eam, inopiam rettulit, in qua senatus fuit cum consules ambo ab Spartaco victi essent, ut imperium belli necessitate (*ἔξ ἀνάγκης* Plut. comp. Nio. et Crass. 3) coactus ad M. Crassum deferret. Sed certe non minor patrum inopia fuit, ubi adversum M. Aemilium Lepidum Gn. Pompeio cum Q. Catulo imperium dedere (Drum. IV p. 343), ad quam rem Gerlachius fragmentum rettulit, nec minor, cum eundem Pompeium in Hispaniam contra Sertorium misere (Drum. I. c. p. 361).

29 [Kr. IV 45. G. inc. 10]. Haut impigre pugnans neque inultus occiditur.

Donat. ad Ter. Andr. I 3, 34: *Daec negationes faciunt unam affirmativam: tres negativa accipiuntur: ut hic 'neque hant non'*. Sallustius: hant impigre neque inultus occiditur. Cum nullo modo probari possit Kritzii sententia: *haut impigre occiditur* esse: *haut facili negotio occiditur*, cui adeo adianeta verba *neque inultus* obstant, non vereor ne in temeritatis erimeu incurram, enim huic loco eandem quam multis aliis medelam adhibendam censeam. He Spartaci morte haec vix apte dici videntur, quippe qui certo in morte eandem laudes meruerit quas Sall. Catilinae tribuit. Nec quidquam obstat, quo minus haec de D. Laeli interitu (fr. II 16) dicta opinemur fuisse.

30 [Kr. V 3. G. inc. 79]. Prohibet nocere venenum quod tibi datur.

Commemoravit haec verba Gramm. inc. de generibus nominum post Ovidi Halicut. ed. Haupt. p. 104. ed. Otto p. 58. Ottonis sententiam verba fuisse ex epistula quadam Mithridatis lib. II (conul. schol. ad Luc. Phars. I 337) satis exposuit Kritzius. Nec tamen magis placet quod is ipse censuit, verba esse melliei Scythici Mithridati suadentis, ut volnus snum serpentum veneno curari pateretur (App. h. M. 88 p. 395, 5). Credo potius Sallustium descripsisse herbam illam, quam pro antidoto habitam ipsamque Mithridatiam vocatam scripsit Plin. H. N. XXV 6, 26 (62).

31 [Kr. V 5. G. inc. 4]. Et in proeliis actu promptus.

Donat. ad Ter. Eun. IV 7, 13: *Irridet quidem poeta, verumtamen ostendit offectum imperatoris hoc esse, ne in pericula se prociat. Sic Sallustius* et in — promptus. Parum veri similis est Lindemanni ad Arus. p. 243 suspitio haec verba continuanda esse cum fr. V 3, cum qui septuagenarius armatus equum insuluisse dictus sit, cum actu promptum fuisse satis adpareat. Et multos profecto duces Sallustius in historiis commemoravit, de quibus illa rectissime dicebantur.

32 [Kr. V 15. G. IV 36]. Cupientissimus legis.

Diomed. p. 311 haec verba protulit exemplum participii cum genetivo iuncti. Cum ex Diomedis loco statui non liceat, adiunctum fuisse

apud Sallustium gerundivum (puta *perferundae*), de eo dici adparet, qui legem nliquam latum aut perlatum iri cupidissime expectaverit. Quem Gn. Pompeium fuisse plerique omnes credidere, haut inepte quidem. Sed quid obstat quo minus populum cupientissimum fuisse statuamus legis de tribunicia potestate restituenda, vel iudicariae? Ita si Gerlachius iudicavit, ei adsentior.

33 [Kr. V 19. G. I 38]. Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem.

Serv. ad Verg. Aen. I 195: *Bonum etiam pro forti dicit Sallustius: sane — ambitionem*. Quae verba aperte aliter intellegi non possunt, nisi de eo, qui fortiter periculis et ambitioni resisterit. At enius ambitioni? sane ipsius? Parum recte ea animi cupiditas cum periculis iungeretur. An igitur Gn. Pompei? quae Kritzii fuit sententia. At ut *pericula*, sic etiam *ambitionem* latius patere adparet. Simillumus est h. l. Ing. 28, 5: *firmissimum contra pericula et insidias*. Scilicet ambitio complectitur studia hominum atque opera ad aliquem in suas partes abstractionem impensa, qua significatione vocabulum est ap. Inst. I 3, 1: *eum admitti magna ambitione aegre obtinisset*. Praeterea ex verbis *ea tempestate* manifestum est, illa dicta fuisse de viro, qui postea ambitione corruptus esset, id quod in Q. Catulum, quem Kritzius dici putavit, nullo modo cadit. Quod si coniecturae locus datur, fortasse ille fuit G. Scribonius Curio, qui cum eos. a. 70 fortissimum popularibus restitisset, postea tamen legem Gabiniam commendavit itaque sese potentiae Gn. Pompei quasi addixerat (Cic. d. inp. Gn. Pomp. 23).

34 [Kr. I 88. G. 63]. Neque animo neque lingua satis comptem.

